gipti. uſq; dum ingrediaris e-
math: ut adduceret archam dei
de cariathiarim. Et aſcendit da-
uid ⁊ omnis uir iſrahel ad collē
cariathiarim que ē in iuda: ut
afferret inde archam dnī dei ſedē-
tis ſup̄ cherubin ubi inuocatū
eſt nomen eius. Impoſuerūtq;
archam dei ſup plauſtrū nouū
de domo āminadab. Oza autē
⁊ frēs eius minabant plauſtrū.
Porro dauid ⁊ uniuerſus iſrl' lu-
debant coram deo omī virtute.
in canticis. et in citharis ⁊ pſal-
terijs et timpanis. et cimbalis
et tubis. Cum autē p̄ueniſſent
ad aream chidon. tetendit oza
manū ſuā ut ſuſtētaret archā:
bos quippe laſciuiens paululū
inclinauerat eam. Iratus ē ita-
q; dnſ contra ozam. ⁊ pcuſſit eū
eo quod tetigiſſet archā: ⁊ mor-
tuus eſt ibi coram dnō. Cōtriſ-
tatuſq; eſt dauid eo qđ diuiſiſ-
ſet dnſ ozam: vocauitq; locū
illū diuiſio oze uſq; ī pſentē di-
em. Et timuit deū tunc tpis di-
cēs. Quomodo poſſum ad me
introducere archam dei? Et ob
hanc cauſam nō adduxit eam
ad ſe. hoc eſt in ciuitatē dauid:
ſed auertit in domū obededom

gethei. Mansit ergo archa dei
in domo obededom tribȝ mensi-
bus: et benedixit dn̄s domui ei-
us. et omnibus que habebat.

XIIII

Misit quoq;
hiram rex tyri nūcios ad
dauid. et ligna cedrina et artifi-
ces parietū lignorūq; : ut edifi-
carent ei domū. Cognouitq; da-
uid eo quod cōfirmasset eū do-
min⁹ in regem sup isrl': et sub-
leuatū est regnū suū sup p̄plm
eius isrl'. Accepit quoq; dauid
alias uxores in ihrl'm: genuit-
q; filios ⁊ filias. Et hec nomīa
eorū qui nati sūt ei ī ihrl'm. Sā-
ma ⁊ sobab nathan ⁊ salomō
iebar et elisu et eliphalech. no-
ga quoq; et napheg. et iaphie
elisama ⁊ baliada ⁊ eliphaleth.
Audiētes aūt philistijm eo qđ
unctus esset dauid in regem su-
p uniūsum isrl': ascenderūt om-
nes ut quererēt eū. Quod cum
audisset dauid. egressus est ob-
uiam eis. Porro philistijm ue-
nientes diffusi sunt in ualle ra-
phaim. cōsuluitq; dauid dn̄m
dicens. Si ascendā ad philiste-
os. et si trades eos in manu me-
a: Et dixit ei dn̄s. Ascende et tra-
dam eos in manu tua. Cumq;
illi ascendissent in baalpharasī.
percussit eos ibi dauid et dixit.
Diuisit deus inimicos meos p
manū meam sicut diuidūť aq̄:
et idcirco uocatū est nomē loci
illius baalpharasim. Dereliq̄-
runtq; ibi deos suos: quos da-
uid iussit exuri. Alia etiam uice
philistijm irruerunt. et diffusi
sunt in ualle. Cōsuluitq; rursū
dauid deū: et dixit ei deus. Nō
ascendas post eos: recede ab eis
⁊ uenies ɔtra illos ex aduūso pi-
rorū. Cūq; audieris sonitū gra-
dientis in cacumīe pirorū: tunc
egredieris ad bellū. Egressus ē
enī deus ān te ut percutiat castra
philistijm. Fecit ergo dauid si-
cut p̄ceperat ei deus: et percussit
castra philistinorū de gabaon
usq; gazera. Diuulgatumq; ē
nomen dauid in uniūsis regio-
nibus: et dn̄s dedit pauorē eius
sup om̄es gentes.

XV

Fecit quoq; sibi domos in
ciuitate dauid: et edifica-
uit locū arche dei. tetenditq; ei
tabernaculū. Tunc dixit dauid
Illicitum est ut a quocūq; porte-
tur archa dei: nisi a leuitis quos
elegit dn̄s ad portandū eam.
et ad ministrandū sibi usq; in
eternū. Congregauitq; uniūsū
israhel in ihrl'm. ut afferret ar-
cha dei in locum suū quē p̄para-
uerat ei: necnō et filios aaron
⁊ leuitas. De filijs caath urihel
p̄nceps fuit et fr̄es eius ducenti
uiginti. De filijs merari. asaia
p̄nceps ⁊ fr̄es eius ducentitrigī-

ta· De filiis gerſon· iohel ⁊ frēs
eius centūtriginta· De filiis eli-
ſaphā· ſemeias pͥnceps ⁊ frēs eiꝰ
ducenti· De filis hebron· elihel
pͥnceps et fratres eius octogin-
ta· De filiis ozihel· aminadab
pͥnceps et fratres eius centū du-
odeci· Vocauitqꝫ dauid ſadoch
et abiathar ſacdotes ⁊ leuitas·
vrihel: aſaiam· iohel ſemeiam
elihel et aminadab: et dixit ad
eos· Vos qui eſtis pͥncipes fa-
miliarꝝ leuiticarꝝ· ſanctificamī
nī frībus vr̄is: et afferte archā
dn̄i dei iſrahel ad locū qui ei p̄-
paratus eſt: ne ut a principio
quia nō eratis p̄ſentes percuſſit
nos dn̄s· ſic ⁊ nunc fiat· illicitū
quid nobis agentibꝫ· Sancti-
ficati ſunt ergo ſacerdotes et le-
uite· ut portarent archam dn̄i
dei iſrl'· Et tulerūt filii leui arch-
am dei ſicut preceperat moyſes
iuxta verbū dn̄i humeris ſuis
in vectibꝫ· Dixitqꝫ dauid pͥncipi-
bus leuitarꝝ· ut cōſtituerent de
fratribꝰ ſuis cantores in orga-
nis muſicorꝝ· nablis videlicet ⁊
liris et cimbalis: ut reſonaret ī
excelſis ſonitus leticie· Cōſtitue-
runtqꝫ leuitas hemā filium io-
hel· ⁊ de frībus eius aſaph filiū
barachie: de filiis vero merari
frībus eorꝝ· ethan filiū chaſaie
et cum eis fratres eorꝝ· In ſcdo
ordine· zachariam et ben et ia-
ziel ⁊ ſemiramoth· ⁊ iehihel· ⁊
ani· heliab et banaiam ⁊ maa-
ſiam et mathathiam· ⁊ elipha-
lu et macemiam et obededom et
iehihel ianitores· Porro cāto-
res heman· aſaph· et ethan· in
cimbalis eneis concrepantes·
zacharias aūt et ozihel et ſemi-
ramoth· et iahihel et ani eliab
⁊ maaſias· ⁊ banaias· in nab-
lis archana cantabāt· Porro
mathathias et eliphalu· et ma-
cenias· et obededom· et iehihel
et ozaziu in citharis p̄ octaua
canebant· epinicion· Choneni-
as aūt pͥnceps leuitarꝝ p̄phetie
p̄erat: et ad p̄cinendam melo-
diam· Erat quippe valde ſapi-
ens· Et barachias et helcana·
ianitores arche· Porro ſebeni-
as et ioſaphat et nathanael et
amaſai ⁊ zacharias ⁊ banaiaſ
et eliezer ſacerdotes clāgebant
tubis coram archa dei: et obede-
dom et ahias erāt ianitores ar-
che· Igitur dauid et omēs ma-
iores natu iſrl' et tribuni· ierūt
ad deportandā archam federiſ
dn̄i de domo obededom· cū leti-
cia· Cumqꝫ adiuuiſſet deus leui-
tas qui portabāt archam fede-
ris domini: immolabātur ſeptē
thauris et ſeptem arietes· Por-
ro dauid erat indutus ſtola biſ-
ſina: et vniuerſi leuite qui porta-
bāt archam federis cantoreſqꝫ

⁊ chonenias pnceps ꝓphecie in-
ſ cātoꝛes · David autē indutus
erat ephot lineo · Vniuerſuſq;
iſrahel deducebāt archam fede-
ris dn̄i: in iubilo ⁊ ſonitu bucci-
ne ⁊ tubis ⁊ cimbalis ⁊ nablis
et citharis cōcrepantes · Cumq;
ꝑueniſſet archa federis dn̄i uſq;
ad ciuitatē david: michol filia
ſaul ꝓſpiciēs ꝑ feneſtrā · vidit
regem david ſaltātē atq; ludē-
tem: et deſpexit eū in corde ſuo ·

XVI

Attulerūt igitur
archam dei et cōſtituerūt
eam in medio tabernacli qđ te-
tenderat ei david: et obtulerūt
olocauſta et pacifica corā deo ·
Cumq; cōpleſſet david offerēs
olocauſta et pacifica benedixit
ꝑplo ī nomīe dn̄i: et diuiſit uni-
uerſis per ſingulos a viro uſq;
ad mulierē tortā panis · et par-
tem aſſe carnis bubale: ⁊ frixā
oleo ſimilā · Cōſtituitq; coram
archa dn̄i de leuitis q̄ miniſtrarēt
⁊ recordarētur opum ei⁹ · ⁊ glifica-
rēt atq; laudarēt dn̄m deū iſrl̄: a-
ſaph pncipem ⁊ ſcđm ei⁹ zacha-
riam · Porro iahihel et ſemira-
moth · et iehihel · et mathathiā ·
et eliab · et banaiam · ⁊ obededō
iehihel · ſup organa pſalterij et
liras: aſaph autē ut ī cimbalis
pſonaret: banaiam vero ⁊ azi-
hel ſacdotes · canere tuba iugiť
coram archa federis dn̄i · In illo
die fecit david pncipem ad con-
fitendū dn̄o aſaph et frēs eius ·
Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē
eius: notas facite in ꝑplis adin-
uētiones ei⁹ · Cantate ei et pſal-
lite ei · et narrate omīa mirabi-
lia eius: laudate nomē ſcm̄ ei⁹:
letetur coꝛ querētiū dn̄m · Que-
rite dn̄m et virtutē eius: querite
faciem eius ſemꝑ · Recordamini
mirabiliū eius que fecit · ſigno-
rū illius et iudicioꝝ oris eius ·
Semē iſrl̄ ſerui eius: filij iacob
electi eius · Ipſe dn̄s deus noſter:
in vniuerſa terra iudicia ei⁹ · Re-
cordamini in ſempiternū pacti ei⁹:
ſermonis quē precepit in mille
gnationes · Quem pepigit cū
abraham et iuramēti illius cū
yſaac · Et cōſtituit illud iacob ī
preceptum: et iſrahel in pactū ſe-
piternum dicens · Tibi dabo ter-
ram chanaan · funiclm heredi-
tatis veſtre · Cum eſſent pauci
numero · parui et coloni eius ·
Et tranſierūt de gente in gentē:
et de regno ad ꝑplm alterū · Nō
dimiſit quēq; calumniari eos:
ſed increpauit pro eis reges · No-
lite tāgere xp̄os meos: et ī ꝓph-
tis meis nolite malignari · Cā-
tate dn̄o omīs terra: annunciate
ex die in diē ſalutare eius · Nar-
rate in gentib; gloriā e⁹: et in
cūctis ꝑplis mirabilia ei⁹ · Qui-
a magn⁹ dn̄s et laudabilis ni-

mis: et horribilis ſup omnes de-
os. Omnes enim dij pplorum ydola:
dns autem celos fecit. Confeſſio et
magnificencia coram eo: fortitu-
do et gaudium in loco eius. Affer-
te dno familie pplorum: afferte do-
mino gloriam et imperium: date dno gloriam
nomini eius. Levate ſacrificium et venite
in conſpectu eius: et adorate dnm in de-
core ſancto. Commoueatur a facie
eius omnis terra: ipſe enim funda-
uit orbem immobilem. Letentur
celi et exultet terra: et dicant in
nacionibus dns regnauit. To-
net mare et plenitudo eius: ex-
ultent agri et omnia que in eis
ſunt. Tunc laudabunt ligna ſal-
tus coram dno: quia venit iu-
dicare terram. Confitemini domino
quoniam bonus: quoniam in eter-
num miſericordia eius. Et dici-
te: ſalua nos deus ſaluator noſter:
et congrega nos et erue de gen-
tibus: ut confiteamur nomini ſanc-
to tuo: et exultemus in carmini-
bus tuis. Benedictus dns deus
iſrahel ab eterno uſque in eternum:
et dicat omnis pplus amen et ym-
num deo. Dereliquit itaque ibi
coram archa federis dni aſaph
et fratres eius: ut miniſtrarent
in conſpectu arche iugiter per ſingu-
los dies et vices ſuas. Porro
obededom et fratres eius ſexagin-
taocto et obededom filium ydi-
thun et oſa. conſtituit ianitores.

Sadoch autem ſacerdotem et fratres
eius ſacerdotes coram taberna-
culo dni in excelſo quod erat in
gabaon: ut offerrent olocauſta
dno ſuper altare olocauſtoma-
tis iugiter mane et veſpere: iuxta
omnia que ſcripta ſunt in lege
domini quam precepit iſraheli. Et
poſt eum: heman et ydithun et
reliquos electos. unumquemque vo-
cabulo ſuo ad confitendum dno
quoniam in eternum miſericordia eius. He-
man quoque et ydithun canentes
tuba et quacientes cimbala. et
omnia muſicorum organa ad ca-
nendum dno. Filios autem ydithun
fecit eſſe portarios. Reuerſuſque
eſt omnis pplus in domum ſuam:
et dauid ut benediceret eciam do-
mui ſue.

XVII

Cum autem habitaret dauid
in domo ſua: dixit ad na-
tham prophetam. Ecce ego habito in
domo cedrina: archa autem federis
dni ſub pellibus eſt. Et ait natham
ad dauid. Omnia que in corde
tuo ſunt fac: dns enim tecum eſt. Igi-
tur nocte illa factus eſt ſermo do-
mini ad natham dicens. Vade et loque-
re dauid ſeruo meo. Hec dicit
dns. Non edificabis tu michi do-
mum ad habitandum. Neque enim man-
ſi in domo. ex eo tempore quo eduxi
iſrael de terra egipti uſque ad hanc di-
em: ſed fui ſemper mutans loca ta-
bernaculi. et in tentorio manens

cum omni iſrl'. Numquid locut⁹
ſum ſaltem uni iudicum iſrl' q̄-
bus preceperam ut paſcerent po-
pulū meum. et dixi quare non
edificaſti michi domū cedrinā?
Nunc itaq; ſic loqueris ad ſer-
uum meū dauid. Hec dicit dn̄s
exercituū. Ego tuli te cū in paſ-
cuis ſequereris gregē. ut eſſes
dux ppli mei iſrl': et fui tecum q̄-
cumq; perexiſti: ⁊ interfeci om̄s
inimicos tuos coram te: feciq;
tibi nomen quaſi unius mag-
nor; qui celebrantur in terra. Et
dedi locū pplo meo iſrl'. Plan-
tabitur et habitabit in eo. ⁊ ul-
tra non cōmouebitur: nec filij
iniquitatis atterent eos ſicut a
principio. ex diebȝ quibus dedi
iudices pplo meo iſrl': et humi-
liaui uniūſos inimicos tuos.
Annūcio ergo tibi. quod edifi-
caturus ſit tibi dn̄s domū. Cū-
q; impleueris dies tuos ut ua-
das ad pr̄es tuos: ſuſcitabo ſe-
men tuū poſt te q̄d erit de filijs
tuis. et ſtabiliā regnū eius. Ipe
edificabit michi domū et firma-
bo ſoliū eius uſq; ineternum.
Ego ero ei in prem. et ipſe erit
michi in filiū: ⁊ miſericordiam
meam non auferā ab eo ſicut
abſtuli ab eo q̄ ante te fuit. Et
ſtatuā eum in domo mea. et in
regno meo uſq; in ſempiternū:
et thronus eius erit firmiſſim⁹

imperpetuū. Iuxta omnia uer-
ba hec. et iuxta uniūſam uiſio-
nem iſtā: ſic locutus eſt nathā
ad dauid. Cūq; ueniſſet rex da-
uid et ſediſſet corā dn̄o: dixit.
Quis ego ſum dn̄e deus. ⁊ que
dom⁹ mea. ut p̄ſtares michi ta-
lia? Sed et hoc parū uiſū eſt in
cōſpectu tuo. Ideoq; locutus es
ſup domū ſerui tui etiā in futu-
rum: ⁊ feciſti me ſpectabilē ſup
om̄es hoīes. Dn̄e deus me⁹ q̄d
ultra addere poteſt dauid cum
ita glificaueris ſeruū tuū ⁊ cog-
noueris eū? Dn̄e ꝓpter famulū
tuū iuxta cor tuū feciſti om̄em
magnificentiā hāc: et nota eſſe
uoluiſti uniuerſa magnalia.
Dn̄e non ē ſilis tui: et nō ē ali⁹
deus abſq; te ex omnibus quos
audiuim⁹ auribus nr̄is. Quis
eīn eſt alius ut pplus tuus iſra-
hel. gens una in tra ad quā p-
rexit deus ut liberaret et faceret
pplm ſibi: et magnitudine ſua
atq; terroribȝ eiceret nacōnes a
facie eius quē de egipto libera-
rat? Et poſuiſti pplm tuū iſrl' ti-
bi ī pplm uſq; ineternū: et tu do-
mine factus es deus eius. Nunc
igit̄ dn̄e ſermo quē locutus es
famulo tuo et ſup domū eius.
cōfirmetur īperpetuū: et fac ſi-
cut locutus es: permaneatq; et
magnificetur nomē tuū uſq; ī
ſempiternū: et dicatur domin⁹

exercituū deus iſrl'· ⁊ domus da-
uid ſerui eius pmanēs coram
eo · Tu eñi dñe deus meus reue-
laſti auriculā ſerui tui· ut edifi-
cares ei domū: et idcirco īuenit
ſeru⁹ tuus fiduciā ut oret corā
te· Nunc ergo dñe tu es deus et
locutus es ad ſeruū tuū tanta
beneficia: et cepiſti benedicē do-
mui ſerui tui ut ſit ſemp coram
te· Te eñi dñe benedicente· bene-
dicta erit in perpetuū· XVIII

Factū eſt aūt poſt hec ut p-
cuteret dauid philiſtijm ⁊
humiliaret eos: et tolleret geth
⁊ filias ei⁹ de manu philiſtijm:
pcuteretq; moab ⁊ fierent moa-
bite ſerui dauid· offerētes ei mu-
nera · Eo tēpore pcuſſit dauid
etiā adadezer regē ſoba regio-
nis emath: q̄ndo pexit ut dila-
taret impiū ſuū uſq; ad flumē
eufraten· Cepit ergo dauid mil-
le quadrigas eius et ſeptem mi-
lia equitū ac uigīti milia uiro-
rum peditum· Subneruauitq;
omnes equos curruū: exceptis
centū quadrigis quas reſerua-
uit ſibi· Superuenit aūt et ſirus
damaſcen⁹: ut auxiliū preberet
adadezer regi ſoba· Sed ⁊ hui⁹
pcuſſit dauid uigintiduo mili-
a uirorꝫ· Et poſuit milites in da-
maſco: ut ſiria quoq; ſeruiret
ſibi ⁊ offerret munera· Adiuuit-
q; dñs eum in cūctis ad que p-
rexerat · Tulit q; dauid phare-
tras aureas q̄s habuerant ſer-
ui adadezer· et attulit eas in ihe-
ruſalem: necnō de thebat ⁊ theroth
urbib⁹ adadezer eris plurimū:
de quo fecit ſalomon mare ene-
um et columnas· ⁊ uaſa enea·
Quod cum audiſſet thou rex e-
math· pcuſſiſſe uidelicet dauid
omnē exercitum adadezer regis
ſoba: miſit adurā filiū ſuū ad
regem dauid· ut poſtularet ab
eo pacem: et cōgratularetur ei
eo quod pcuſſiſſet et expugnaſ-
ſet adadezer· Aduerſari⁹ quip-
pe erat thou adadezer · Sed et
omīa uaſa aurea et argentea et
enea cōſecrauit dauid rex dñō·
cum argento ⁊ auro quod tule-
rat ex uniūſis gentib⁹: tam de
ydumea et moab et filijs amō·
quam de philiſtijm et amelech·
Abiſai uero fili⁹ ſaruie pcuſſit
edom in ualle ſalinarꝫ decem et
octo milia: et conſtituit in edom
preſidium· ut ſeruiret ydumea
dauid· Saluauitq; dñs dauid
in cūctis ad que pexerat· Reg-
nauit ergo dauid ſuper uniuer-
ſum iſrl': ⁊ faciebat iudiciū atq;
iuſticiā cuncto pplo ſuo· Porro
ioab filius ſaruie erat ſup exer-
citū: et ioſaphat filius ahilud
a cōmētarijs· Sadoch aūt fili⁹
achitob· ⁊ ahimelech fili⁹ abia-
thar ſacerdotes: et ſuſa ſcriba·

Banaias quoqꝫ filiꝰ ioiade ſu-
per legiones cerethi et felethi.
Porro filij dauid pͥmi ad ma-
num regis. XIX

Accidit autē ut moreretᷣ na-
as rex filioꝝ ammon: et
regnaret anon filius eiꝰ ꝓ eo.
Dixitqꝫ dauid. Faciam miām
cum anon filio naas. Preſtitit
enī michi pater eius grām. Mi-
ſitqꝫ dauid nuncios ad cōſolā-
dum eū ſup mortem patris ſui.
Qui cū peruenissent in t̄ram filio-
rum ammon. ut conſolarētur
anō: dixerūt pͥncipes filioꝝ am-
mon ad anon. Tu forſitan pu-
tas qđ dauid honoris cauſa ī
prēm tuū miſerit q̄ conſolaren-
tur te: nec animaduertis qđ ut
explorent et inueſtigent ꝛ ſcrutē-
tur t̄ram tuam. uenerint ad te
ſerui eius. Igitur anon pueroſ
dauid decaluauit et raſit: ꝛ p̄ſci-
dit tunicas eorū a natibꝰ uſqꝫ
ad pedes et dimiſit eos. Qui cū
abiſſent et hoc mandaſſent da-
uid. miſit ī occurſum eoꝝ. Grā-
dem enī cōtumeliā ſuſtinuerāt:
ꝛ p̄cepit ut manerēt in iericho
donec creſceret barba eoꝝ. ꝛ tūc
reuerterētur. Videntes aūt filij ā-
mō quod iniuriam feciſſent da-
uid. tam anon quam reliquꝰ
pplꝰ: miſerūt mille talenta ar-
genti. ut conducerēt ſibi de me-
ſopotamia et de ſiria maacha
et de ſoba currus et equites. Cō-
duxeruntqꝫ triginta duo milia
curruū: et regem maacha cum
pplo eius. Qui cum ueniſſent.
caſtrametati ſūt e regione me-
daba. Filij quoqꝫ ammon cō-
gregati de urbibꝫ ſuis. uenerūt
ad bellum. Quod cum audiſſꝫ
dauid: miſit ioab ꝛ omnē exer-
citum uiroꝝ fortiū. Egreſſiqꝫ fi-
lij ammon: direxerunt aciē iux-
ta portā ciuitatis. Reges autē
qui ad auxiliū eius uenerant ſe-
paratim in agro ſteterūt. Igit̄
ioab intelligens bellum ex ad-
uerſo ꝛ poſt tergū cōtra ſe fieri:
elegit uiros fortiſſimos de uni-
uerſo iſrahel. et perrexit cōtra ſi-
rum. Reliquā aūt ptem pplī de-
dit ſb manu abiſai fratris ſui:
ꝛ perrexerūt contra filios āmon.
Dixitqꝫ. Si uicerit me ſirꝰ auxi-
lio eris michi: ſi aūt ſuperaue-
rīt te filij ammon ero tibi in p̄ſi-
dium. Confortare et agamus
uiriliter ꝓ pplō noſtro. et ꝓ ur-
bibus dei noſtri. Dn̄s aūt qđ ī
conſpectu ſuo bonū eſt faciat.
Perrexit ergo ioab ꝛ pplus qui
cū eo erat contra ſirum ad p̄liū:
et fugauit eos. Porro filij am-
mon uidentes quod fugiſſet ſi-
rus. ipi quoqꝫ fugerūt. abiſai
fratrem eius: et ingreſſi ſunt ci-
uitatem. Reuerſuſqꝫ eſt etiā io-
ab in ihrlm. Videns aūt ſirus

quod cecidiſſet corã iſrl': miſit
nuncios· et adduxit ſirum qui
erat trans fluuiũ· Sophat aũt
p̃ncipes milicie adadezer erat
dux eorꝫ· Quod cũ ãnunciatũ
eſſet dauid: cõgregauit vniuer-
ſum iſrl'· et tranſiuit iordanẽ:
irruitq; in eos ⁊ direxit exaduer-
ſo aciem· illis ↄtra pugnãtibꝫ·
Fugit aũt ſirus iſrl'· Et interfe-
cit dauid de ſiris· ſeptem milia
curruũ ⁊ quadraginta milia pe-
ditum: ⁊ ſophat exercitus prin-
cipem· Videntes aũt ſerui adade-
zer ſe ab iſrahel eſſe ſupatos:
tranſfugerũt ad dauid et ſerui-
erũt ei· Noluitq; vltra ſiria aux-
iliũ p̃bere filijs ãmon· XX

Factũ eſt aũt poſt anni cir-
culum eo tp̃e quo ſolent
reges ad bella ꝓcedere· congre-
gauit ioab exercitum et robur
milicie: et vaſtauit t̃ram filiorꝫ
ammon· Perrexitq; et obſedit
rabba· Porro dauid manebat
in ih'lm quando ioab pcuſſit
rabba· et deſtruxit eam· Tulit
aũt dauid coronã melchon de
capite eius· et inuenit in ea au-
ri põdo talentũ et p̃cioſiſſimas
gemmas: fecitq; ſibi inde diade-
ma· Manubias quoq; vrbis
plurimas tulit: pplm autẽ qui
erat in ea eduxit· ⁊ fecit ſup eos
tribulas· et trahas· et ferrata
carpenta tráſire: ita ut diſſeca-
rentur et contererẽtur· Sic fecit
dauid cunctis vrbibꝫ filiorũ am-
mon: ⁊ reuerſus eſt cum omni
pplo ſuo in ih'lm· Poſt hec ini-
tum eſt bellũ in gazer aduſum
philiſteos: in q̊ pcuſſit ſobech-
ai vſathites ſaphai de genere ra-
phaim et humiliauit eos· Ali-
ud quoq; bellũ geſtũ eſt aduer-
ſus philiſteos: ĩ q̊ pcuſſit a deo
datus fili⁹ ſaltus bethleemites
fr̃em goliath gethei: cuius haſ-
te lignũ quaſi liciatoriũ texenci-
um· Sed et aliud bellũ accidit
in geth: in quo fuit homo lon-
giſſimus ſenos habẽs digitos
id eſt ſimul vigintiquatuor: qui
et ipſe de rapham fuerat ſtirpe
generatus· Hic blaſphemauit
iſrl': et pcuſſit eum ionathan fi-
lius ſamaa fr̃is dauid· Hy ſũt
filij rapha in geth: qui ceciderũt
in manu dauid et ſeruorꝫ eius·

Conſurrexit aũt XXI
ſathan cõtra iſrahel: ⁊ in-
citauit dauid ut numeraret iſrl'·
Dixitq; dauid ad ioab ⁊ ad p̃n-
cipes ppli· Ite et numerate iſrl'
a berſabee vſq; dan: et afferte
michi nũm ut ſciã· Reſpondit
q; ioab· Augeat dñs pplm ſu-
um centuplũ quã ſũt· Nonne
dñe mi rex· omnes ſerui tui ſũt:
Quare hoc querit dñs me⁹ qđ
in peccatũ reputet' iſrli: Sed ſer-
mo regis magis p̃naluit· Egſ-

ſuſq; ē ioab et circuiuit vniuer-
ſum iſrahel et reuerſus ē ihreru-
ſalem. Deditq; dauid nūm eo-
rum quos circuierat: et inuēt9
eſt omīs nūs iſrl' mille milia ⁊
centum milia viroꝝ educencīū
gladiū. De iuda aūt. quadrin-
genta ſeptuaginta milia bella-
torum. Nam leui et beniamin
non numerauit: eo quod inui-
tus exequeretur regis imperium.
Diſplicuit autē deo qđ iuſſum
erat: ⁊ percuſſit iſrl'. Dixitq; da-
uid ad deum. peccaui nimis ut
hoc facerem. Obſecro aufer ini-
q̄tatem ſerui tui. quia inſipien-
ter egi. Et locut9 ē dūs ad gad
videntem dauid dicens. Vade et
loquere ad dauid. ⁊ dic ei. Hec
dicit dūs. Triū tibi opcōnē do:
vnū quod volueris elige ut fa-
ciam tibi. Cumq; veniſſet gad
ad dauid. dixit ei. Hec dicit do-
minus. Elige quod volueris.
Aut trib9 annis peſtilenciā. aut
trib9 menſib9 fugere te hoſtes
tuos et gladiū eoꝝ non poſſe
euadere: aut trib; dieb9 gladiū
dūi et mortem verſari in terra.
et angelū dūi interficere in vni-
uerſis finib; iſrahel. Nūc igit̄
vide quid reſpondeam ei q̄ mi-
ſit me. Et dixit dauid ad gad.
Ex omī parte me anguſtie pre-
munt. Sed melius michi eſt ut
incidam in manus dūi q̄a mul-
te ſunt miſeracōnes eius. quā
in man9 hominū. Miſit ergo
dūs peſtilēciam in iſrahel: et ce-
ciderūt de iſrahel ſeptuagīta mi-
lia viroꝝ. Miſit quoq; angelū
in ihr'lm: ut percuteret eam. Cum-
q; percuteret. vidit dūs ⁊ miſert9
eſt ſup magnitudinē mali: et i-
perauit angelo qui percutiebat.
Sufficit iam: ceſſet man9 tua.
Porro angelus domini ſtabat
iuxta aream ornan iebuſei: le-
uanſq; dauid oculos ſuos. vi-
dit angelū domīi ſtantem inter
celū et t'ram: et euaginatū gla-
dium in manu eius. et verſum
contra ihrl'm: et ceciderunt tam
ipē quā maiores natu veſtiti ci-
liciis proni in terram. Dixitq;
dauid ad deū. Nōne ego ſum
qui iuſſi ut numeraretur pp'ls?
Ego q̄ peccaui: ego q̄ malū feci.
Iſte grex quid cōmeruit? Domi-
ne deus meus vertatur obſecro
man9 tua in me. et in domum
patris mei. pp'lus aūt tuus nō
percutiatur. Angelus aūt domīi
precepit gad ut diceret dauid: ut
aſcenderet extrueretq; altare do-
mino deo in area ornā iebuſei.
Aſcendit ergo dauid iuxta ſer-
monem gad: quem locutus ei
fuerat ex nomine domīi. Por-
ro ornan cum ſuſpexiſſet et vi-
diſſet angelū quatuorq; filii ei-
us cum eo: abſconderūt ſe. Nā

eo tẽpore terebant in area triti-
cũ. Igitur cũ ueniret dauid ad
ornan cõſpexit eũ ornan: et ꝓ-
ceſſit ei obuiã de area et adora-
uit eũ pronus in terrã. Dixitq; ei
dauid. Da michi locũ aree tue:
ut edificem in ea altare dño ita
ut quantũ ualet argenti accipi-
as: ⁊ ceſſet plaga a ꝑplo. Dixit
aũt ornan ad dauid. Tolle et
faciat dñs meus rex quodcũq;
ei placet. Sed et boues do in o-
locauſtũ ⁊ tribulas in ligna: ⁊
triticum in ſacrificiũ: omnia li-
bens prebebo. Dixitq; ei rex da-
uid. Nequaq̃; ita fiet: ſed argẽ-
tum dabo quantũ ualet. Neq;
eñ tibi auferre debeo: ⁊ ſic offerre
domĩo olocauſta gratuita. De-
dit ergo dauid ornan ꝓ loco ſi-
clos auri iuſtiſſimi põderis ſex-
centos: et edificauit ibi altare do-
mĩo: obtulitq; olocauſta et pa-
cifica: et inuocauit deũ et exau-
diuit eũ in igne de celo ſuper al-
tare olocauſti. Precepitq; dñs
angelo ⁊ cõuertit gladiũ ſuũ ĩ
uaginã. Protinꝰ ergo dauid
uidens qđ exaudiſſet eum dñs
in area ornã iebuſei: ĩmolauit
ibi uictimas. Tabernaclm aũt
dñi quod fecerat moyſes in de-
ſerto. et altare olocauſtorũ ea
tempeſtate erat in excelſo gaba-
on: ⁊ nõ ꝑualuit dauid ire ad
altare ut ibi obſecraret deũ. Ni-
mio enĩ fuerat timore ꝑterritꝰ.
uidens gladium angeli domi-
ni.

Dixitq; dauid. XXII
Hec ẽ domꝰ dei: et hoc alta-
re in olocauſtũ iſrl'. Et precepit
ut ꝯgregarentur omnes ꝓſeliti
de terra iſrl': et conſtituit ex eis la-
tomos ad cedendos lapides et
poliendos. ut edificaret domuſ
dei. Ferrũ quoq; plurimũ ad
clauos ianuarũ. et ad cõmiſſu-
ras atq; iũcturas ꝑparauit da-
uid: ⁊ eris pondus ĩnumerabi-
le. Ligna q̃q; cedrina nõ poterãt
eſtimari: que ſydonij et tyrij de-
portauerãt ad dauid. Et dixit da-
uid. Salomon filiꝰ meus puer
paruulꝰ eſt ⁊ delicatꝰ. Domꝰ aũt
q̃; edificare uolo dño talis eſſe
debet: ut in cũctis regionib; nomĩe-
tur. Preparabo ergo ei neceſſa-
ria. Et ob hãc cauſã ante mor-
tem ſuã omĩes ꝑparauit impen-
ſas. Vocauitq; ſalomonẽ fili-
um ſuũ: ⁊ ꝑcepit ei ut edificaret
domũ dño deo iſrl'. Dixitq; da-
uid ad ſalomonẽ. Fili mi: uo-
lũtatis mee fuit ut edificarẽ do-
mũ nomĩ dñi dei mei: ſed factꝰ
eſt ſermo dñi ad me dicẽs. Mul-
tũ ſãguinẽ effudiſti ⁊ plurima
bella bellaſti: nõ poteris edifi-
care domũ nomĩ meo. tanto ef-
fuſo ſanguine corã me. Filiuſ
q̃ naſcetur tibi: erit uir q̃etiſſimꝰ.
Faciã eũ eũ requieſcere ab omĩbuſ

inimicis ſuis per circuitū: ⁊ ob
hāc cauſam pacificꝰ vocabit᷑:
et pacem et ocium dabo in iſrl̄
cūctis diebꝫ eiꝰ. Ipſe edificabit
domū nomini meo: et ipſe erit
michi in filiū ⁊ ego ero illi ī pa-
trem: firmaboq; ſoliū regni eiꝰ
ſup iſrahel in eternū. Nunc er-
go fili mi ſit dn̄s tecum. et pro-
ſperare et edifica domū dn̄o de-
o tuo: ſicut locutus ē de te. Det
q; tibi dominꝰ prudenciā et ſen-
ſum: ut regere poſſis iſrl̄. ⁊ cuſ-
todire legem dn̄i dei tui. Tunc
enī ꝓficere poteris: ſi cuſtodie-
ris mandata ⁊ iudicia que pre-
cepit dn̄s moyſi ut doceret iſrl̄.
Confortare et viriliter age: ne
timeas neq; paueas. Ecce ego
in pauꝑtate mea p̄paraui inpē-
ſas domꝰ dn̄i auri talenta cen-
tum milia: et argenti mille mi-
lia talentoꝝ: eris vero et ferri nō
eſt pondus: vincitur enī nume-
rus magnitudine. Ligna et la-
pides p̄paraui ad vniūſa inpē-
dia. Habes quoq; plurimos
artifices. latomos. et cemētari-
os. artificeſq; lignoꝝ. et omni-
um arciū. ad faciēdū opꝰ pru-
dentiſſimos. in auro et argento.
et ere et ferro. cuiꝰ non eſt nūs.
Surge igitur et fac: et erit dn̄s
tecū. Precepit quoq; dauid cūc-
tis p̄ncipibꝫ iſrl̄. ut adiuuarēt
ſalomonē filiū ſuū: cernitis in-
quiens qđ dn̄s deus veſter vo-
biſcum ſit. ⁊ dederit vobis requi-
em ꝑcircuitum. et tradiderit oēſ
inimicos vr̄os in manꝰ vr̄as:
et ſubiecta ſit terra coram dn̄o
et coram p̄plō eius. Prebete igi-
tur corda vr̄a et aīas veſtras.
ut queratis dn̄m deū vr̄m: ⁊ cō-
ſurgite et edificate ſanctuariū
dn̄o deo: ut introducatur archa
federis dn̄i et vaſa dn̄o cōſecra-
ta in domū q̄ edificatur nomī
Igitur dauid XXIII dn̄i.
ſenex ⁊ plenus dieꝝ regem con-
ſtituit ſalomonē filiū ſuū ſup
iſrl̄: ⁊ congregauit oēs p̄nci-
pes iſrahel et ſacerdotes atq; le-
uitas. Numeratiq; ſunt leuite
a viginti ānis et ſupra: et inuē-
ta ſūt triginta octo milia viroꝝ.
Ex hys electi ſunt et diſtributi ī
miniſteriū domꝰ dn̄i vigintiq̄-
tuor milia: p̄poſitoꝝ aūt et iu-
dicū ſex milia. Porro quatuor
milia ianitores et totidem pſal-
tes canentes dn̄o in organis.
q̄ fecerat ad canēdū: ⁊ diſtribu-
it eos dauid ꝑ vices filioꝝ leui
gerſom videlicet et caath et me-
rari. Filij gerſom leedan et ſe-
mei. Filij leedā p̄ncipes. iehiel
et zethā ⁊ iohel tres. Filij ſemei.
ſalomith et ozihel ⁊ aran tres.
Hi p̄ncipes familiarū leedan.
Porro filij ſemei. leeth. et ziza
et raus et baria. Hi filij ſemei

quatuor. Erat aūt leedh prior.
ziza ſcd'ſ. Porro yaus ⁊ baria
non habuerunt plurimos fili-
os: ⁊ idcirco in una familia una-
q; domo cōputati ſunt. Filij
caath. amram ⁊ yſaar hebron
et ozihel quatuor. Filij amrā.
aaron et moyſes. Separatuſq;
eſt aaron ut miniſtraret in ſācta
ſanctoꝝ. ipſe et filij eius in ſem-
piternū: ⁊ adoleret incenſum do-
mino ſcd'm ritum ſuū: ac bene-
diceret nomī eius in perpetuū.
Moyſi quoq; hominis dei filij annu-
merati ſunt in tribu leui. Filij
moyſi gerſom et eliezer. Filij
gerſom ſubuhel primus. Fuerūt
aūt filij eliezer roobia primus:
⁊ non erāt eliezer filij alij. Por-
ro filij roobia multiplicati ſunt
nimis. Filij yſaar ſalomith pri-
mus. Filij hebron ierian prim⁹.
amarias ſcd'us. iaziel tercius.
iheemaā quartus. Filij ozihel
micha primus. ieſia ſcd'us. Filij
merari. mooli et muſi. Filij
mooli. eleazar ⁊ cis. Mortuus
eſt aūt eleazar. et non habuit
filios ſed filias: acceperūtq; eas
filij cis fr̄es eaꝝ. Filij muſi mo-
oli et eder ⁊ ierimuth tres. Hy fi-
lij leui in cognacionib; et fami-
lijs ſuis. principes p vices et nu-
merū capitū ſingulorꝝ. qui fa-
ciebāt opera miniſterij domus do-
mini a viginti annis ⁊ ſupra.
Dixit enī dauid. Requiē dedit
dn̄s deus iſrl' ppl'o ſuo. et habi-
tacionē ihr'lm uſq; in eternum:
nec erit officij leuitarū ut ultra
portent tabernacl'm. et omnia
vaſa eius ad miniſtrādū. Iuxta
precepta quoq; dauid nouiſſima ſup-
putabitur nūs filioꝝ leui. a vi-
ginti annis et ſupra: et erunt ſb
manu filioꝝ aaron. in cultum
domus dn̄i in veſtibulis et ī ex-
edris. ⁊ ī loco purificacionis et
in ſāctuario ⁊ in uniūſis operi-
bus miniſterij templi dn̄i. Sacer-
dotes aūt ſup panes ppoſicio-
nis ⁊. ad ſimile ſacrificiū. ad la-
gana et azima. ⁊ ſartaginem.
et ad torrendū: et ſup omne pō-
dus atq; menſurā. Leuite vero
ut ſtent mane ad confitendū et
canendū dn̄o: ſimiliter; ad veſ-
peram tam in oblacōnem olo-
cauſtoꝝ dn̄i quā in ſabbatis ⁊
kalēdis ⁊ ſolemnitatib; reliqs.
iuxta nūm et cerimonias uni⁹-
cuiuſq; rei. iugiter corā dn̄o: et
cuſtodiāt obſeruaciones taber-
nacl'i federis. ⁊ ritū ſanctuarij.
et obſeruacōnem filioꝝ aaron
fratrū ſuorꝝ: ut miniſtrarent ī do-
mo domini.

XXIIII

POrro filijs aaron hee par-
ciones erant. Filij aarō
nadab et abiu ⁊ eleazar ⁊ ytha-
mar. Mortui ſunt aūt nadab
et abiu ante prēm ſuū abſq; li-

beris:ſacerdotioq; functus eſt
eleazar et ythamar. Et diuiſit
eos dauid.id ē ſadoch de filijs
eleazari ⁊ ahimelech de filijs ith-
amar ſcdm vices ſuas et miſte-
rium:inuētiq; ſunt multo plu-
res filij eleazar in p̄ncipib;. vi-
ris q̄z filij ythamar. Diuiſit au-
tem eis hoc eſt filijs eleazar p̄n-
cipes ſedecim:et filijs ythamar
ꝑ familias et dom⁹ ſuas octo.
Porro diuiſit vtraſq; inter ſe ⁊
familias ſortib;. Erant enī p̄n-
cipes ſanctuarij et p̄ncipes do-
mus dei:tam de filijs eleazar q̄z
de filijs ythamar. Deſcripſitq;
eos ſemeias fili⁹ nathanael ſcri-
ba leuites. coram rege et p̄nci-
pibus et ſadoch ſacerdote ⁊ ahi-
melech filio abiathar:p̄ncipi-
bus quoq; familiaꝝ ſacerdota-
liū et leuiticarū unā domū que
ceteris p̄erat eleazar. ⁊ alteram
domū que ſub ſe habebat cete-
ros ythamar. Exiuit autē ſors p̄-
ma ioiarib. ſcđa iedeie. tcia har-
im. quarta ſeorim. quinta mel-
chia. ſexta maiman. ſeptima ac-
chos. octaua abia. nona iheſu.
decima ſechenia undecima elia-
zib. duodecima iacim. terdecima
hoppha. decimaq̄rta iſbaal. deci-
maq̄nta belga. deciaſexta em-
mer. decimaſeptia ezir. decima-
octaua aphſes. decimanona a-
pheceia. viceſima ezechiel:vice-
ſimaprima iachin. viceſimaſecū-
da gamul. viceſimatcia dalai-
au. viceſimaquarta mazziau.
Hee vices eoꝝ ſcdm miniſteria
ſua ut ingrediātur domū dei. et
iuxta ritū ſuū ſub manu aarō
patris eoꝝ:ſicut p̄ceperat dn̄s
deus iſrahel. Porro filioꝝ leui
qui reliqui fuerāt de filijs amrā.
erat ſubahel:⁊ de filijs ſubahel
iedeia. De filijs q̄z roobie prin-
ceps ieſias. yſaaris vero filius
ſalemoth:filiuſq; ſalemoth fili-
uſq; eius ieriau p̄mus. amari-
as ſcđus. iazihel terci⁹ iechmo-
an q̄rtus. Filius ozihel micha.
filius micha ſamir. frater mi-
cha ieſia:filiuſq; ieſie zachari-
as. Filij merari mooli. et mu-
ſi. filius oſian. bennon:filius
quoq; merari ozian:et ſoem ⁊
zachur et hebri. Porro mooli
fili⁹ eleazar:qui non habebat
liberos. Filius vero cis ieram-
hel. Filij muſi mooli. eder et ie-
rimoth. Iſti filij leui ſecundū do-
mus familiaꝝ ſuaꝝ. Miſerunt
q; et ipſi ſortes cōtra fratres ſu-
os filios aaron coram dauid
rege. et ſadoch et ahimelech et
principib; familiaꝝ ſacerdota-
lium et leuiticaꝝ:tam maiores
quam minores omnes ſors e-
qualiter diuidebat. XXV

Igitur dauid et magiſtratus ex-
ercitus ſegregauerūt in miniſteri-

um filios aſaph· et heman· et
ydithun: qui ꝓpharēt in citha-
ris· ⁊ pſalterijs ⁊ cimbalis· ſecū-
dum nūm ſuū· dedicato ſibi of-
ficio ſeruiētes· De filijs aſaph
zachur ⁊ ioſeph et nathania et
aſarela: filij aſaph ſub manu
aſaph ꝓphetātes iuxta regem·
Porro ydithun· godolias ſori
ieſeias et ſabias ⁊ mathatias·
ſex ſub manu pr̄is ſui ydithū:
qui in cithara ꝓphabat ſup cō-
fitentes et laudantes dn̄m· He-
mā quoq; filij heman bocciau
mathaniu ozihel ſubuhel ⁊ ihe-
rimoth ananias· anani· elia-
tha· geldelthi· et romethiezer· ⁊
ieſbacaſa· mellothi· othir· mo-
zioth· Omēs iſti filij heman vi-
dentes regis in ſermonib; dei ut
exaltaret cornu· Deditq; de⁹ he-
man filios q̄tuordecim et filias
tres· Vniūſi ſub manu patris
ſui ad cātandū in templo dn̄i
diſtributi erant in cimbalis et
pſalterijs et citharis· ī miniſte-
ria domus dn̄i iuxta regem: a-
ſaph videlicet ⁊ ydithū ⁊ hemā·
Fuit aūt nūs eorū cum fr̄ibus
ſuis qui erudiebant cāticum do-
mini cuncti doctores ducenti oc-
toginta octo· Miſeruntq; ſortes
p vices ſuas· ex equo tam ma-
ior quā minor· doctus pariter
et indoctus· Egreſſaq; eſt ſors
p̄ma ioſeph qui erat de aſaph:
ſecunda godolie· ipi et filijs ei⁹
⁊ fratrib; eius duodecim: tercia
zachur filijs ⁊ fr̄ibus ei⁹ duode-
cim: quarta yſari· filijs ⁊ fratri-
b⁹ ei⁹ duodecī: q̄nta nathanie
filijs eius et fr̄ibus eius duode-
cim: ſexta bocciau filijs ⁊ fratri-
bus eius duodecim: ſeptima iſ-
rehela filijs et fr̄ibus eius duo-
decim: octaua yſaie filijs et fra-
trib; eius duodecim: nona ma-
thanie filijs et fratrib; eius du-
odecim: decima ſemeie filijs et
fratrib; eius duodecim: vndecīa
eſrahel filijs et fratrib; eius du-
odecim: duodecima aſabie fili-
js ⁊ fratrib; eius duodecim: ter-
ciadecima ſubahel filijs ⁊ fratri-
bus ei⁹ duodecim: q̄rtadecima
mathatie filijs et fratrib⁹ eius
duodecī: q̄ntadecīa iherimoth fi-
lijs et fratrib; eius duodecī: ſex-
tadecima ananie filijs et fratri-
bus eius duodecim: ſeptimade-
cima ieſbocaſe filijs et fratrib;
eius duodecim: octauadecima
anani filijs ⁊ fratrib; eius duo-
decim: nonadecima mellothi fi-
lijs et fratrib; eius duodecim:
viceſima eliatha filijs ⁊ fratrib;
eius duodecim: viceſimap̄ma
othir filijs et fratrib; eius duo-
decim: viceſimaſcd̄a goddolla-
thi filijs ⁊ fratrib; eius duodecī:
viceſimatercia azud filijs ⁊ fra-
trib; eius duodecim: viceſima-

quarta romamithiezer filijs et
fr̄ibus eius duodecim. XXVI
Diuiſiones aūt ianitoꝝ de
chorītis meſellemia filius
chore: de filijs aſaph filij meſel-
lemie. zacharias p̄mogenitus
iadihel ſcḋus. zabadias tercius.
iathanael q̄rtus. abilam quīt⁹.
iohānan ſextus. helioenai ſep-
timus. Filij aūt obededom. ſe-
meias p̄mogenitus. iozabad
ſcḋs. iohaa tercius. ſachar q̄rt⁹.
nathanahel quītus. amihel ſex-
tus. iſachar ſeptimus. phollа-
thi octauus. quia benedixit illi
dn̄s. Semeie aūt filio eius na-
ti ſunt filij p̄fecti familiarū ſua-
rum: erāt eū viri fortiſſimi. Fi-
lij ergo ſemeie othni ⁊ raphael.
et obediel zabad et fr̄es eius vi-
ri fortiſſimi: heliu quoq; et ſa-
machias. Om̄es hy de filijs o-
bededom ipi et filij et fr̄es eorū
fortiſſimi ad miniſtrādum ſex-
agintaduo de obededom. Por-
ro meſellamie filij et fr̄es eorū
robuſtiſſimi decem et octo. De
hoſa aūt id eſt de filijs merari
ſemri princeps. Non eīm habue-
rat p̄mogenitū: ⁊ idcirco poſu-
erat eū par eius in principē. Hel-
chias ſcḋus. tabelias tercius.
zacharias q̄rtus. Omnes hy fi-
lij ⁊ fr̄es hoſa tredecim. Hy diui-
ſi ſūt ī ianitores: ut ſemp̄ princi-
pes cuſtodiaꝝ ſicut et fr̄es eoꝝ

miniſtrarent in domo dn̄i. Miſſe
ſunt ergo ſortes ex equo ⁊ par-
uis ⁊ magnis p̄ familias ſuas
in unāquāq; portaꝝ. Cecidit er-
go ſors orientalis ſelemie. Por-
ro zacharie filio eius viro pru-
dentiſſimo et erudito. ſortito ob-
tigit plaga ſeptentrionalis. Obe-
dedom vero ⁊ filijs eius ad auſ-
trū ī q̄ parte dom⁹ erat ſenioꝝ cō-
ciliū: ſephphima et hoſa ad occi-
dentem iuxta portā que ducit ad
viam aſcenſionis. cuſtodia cō-
tra cuſtodiā. Ad orientem vero
leuite ſex et ad aquilonē q̄tuor
p̄ diem. atq; ad meridiē ſimilit̄
in die quatuor. ⁊ ubi erat cōcili-
um bini ⁊ bini. In cellulis quo-
q; ianitoꝝ. ad occidentem q̄tuor
in via: biniq; per cellulas. Hee
ſunt diuiſiones ianitoꝝ filioꝝ
chore et merari. Porro achias
erat ſup theſauros domus dn̄i.
et vaſa ſanctoꝝ. Filij q̄z ledan fi-
lij gerſonni. De ledan princeps
familiaꝝ. ledan et gerſonni ie-
iheli: filij iehieli zathan ⁊ iohel
fratres eius ſup theſauros do-
m⁹ dn̄i amramitis et iſaaritis
et hebronitis et hozihelitibus.
Subahel aūt filius gerſom. fi-
lij moiſi p̄poſitus theſauris: fr̄
quoq; eius eliezer cui⁹ fili⁹ raa-
bia. ⁊ hui⁹ filius yſaias. ⁊ hui⁹
filius ioram. hui⁹ quoq; filius
zechri. et huius filius ſelemith.

Ipſe ſelemith et frēs eius ſuper
theſauros ſanctoꝝ·que ſancti-
ficauit dauid rex et pͥncipes fa-
miliaꝝ et tribuni ⁊ cēturiones·
⁊ duces exercit⁹·de bellis et ma-
nubijs ꝑlioꝝ·que ꝯſecrauerāt
ad inſtauracionē·⁊ ſuppellecti-
lem tēpli dn̄i· Hec aūt vniūſa
ſanctificauit ſamuhel videns ⁊
ſaul filius cis·⁊ abner fili⁹ ner·
et ioab filius ſaruie: omniſqꝫ
ſanctificauerāt ea ꝑ manū ſale-
mith et frēm eius· Saraitis ve-
ro ꝑerat conenias et filij ei⁹ ad
opera forinſecus ſup iſrl'· ad
docendū ⁊ iudicandū eos· Por-
ro de hebronitis aſabias ⁊ frēs
eius viri fortiſſimi mille ſeptin-
genti ꝑerant iſrli·trans iorda-
nem cōtra occidētem in cunctis
opibus dn̄i·et in miniſterium
regis· Hebronitaꝝ aūt pͥnceps
fuit hieria: ſecūdū familias et
cognaciones eoꝝ· Quadrage-
ſimo anno regni dauid recenſi-
ti ſunt ⁊ inuenti ſunt viri fortiſ-
ſimi in gazer galaad: fratreſqꝫ
eius robuſtioris etatis duo mi-
lia ſeptingenti pͥncipes·famili-
aꝝ· Prepoſuit aūt eos dauid
rex rubenitis et gadditis· et di-
midie tribui manaſſe: in omne
miniſteriū dei et regis· XXVII

Filij aūt iſrahel ſcd̄m nūm
ſuū pͥncipes familiaꝝ·tri-
buni et cēturiones·⁊ ꝑfecti qui
miniſtrabant regi iuxta turmas
ſuas·ingrediētes et egrediētes
ꝑ ſingulos menſes in āno: vi-
gintiq̄ttuor milib⁹ ſinguli pre-
erāt· Prime turme in pͥmo mē-
ſe iſboā ꝑerat fili⁹ zabdihel: et
ſub eo vigintiq̄ttuor milia· De
filijs phares: pͥnceps cunctorū
pͥncipum in exercitu menſe pri-
mo· Scd̄i menſis habebat tur-
mam dudiaohites ⁊ poſt ſe al-
ter noīe macelloth: qui regebat
ꝑtem exercitus vigintiq̄ttuoꝛ mi-
liū· Dux quoqꝫ turme ſcie ī mē-
ſe tercio erat bonaias filius io-
iade ſacerdos: et in diuiſione ſu-
a vigintiq̄ttuoꝛ milia· Ipe ē ba-
naias fortiſſim⁹ inter triginta:
⁊ ſup triginta· Preerat aūt tur-
me ip̄ius amizadab filius ei⁹·
Quart⁹ mēſe quarto aſahel frē
ioab·et zabadias fili⁹ ei⁹ poſt
eum: et in turma eius vigintiq̄t-
tuoꝛ milia· Quītus mēſe q̄nto
pͥnceps ſamaoth iezerites: ⁊ in
turma ei⁹ vigintiq̄ttuor milia·
Sextus mēſe ſexto hira fili⁹ ac-
res thecuites: et in turma ei⁹ vi-
gintiq̄ttuoꝛ milia· Septim⁹ mē-
ſe ſeptimo helles phallonites
de filijs ephraim: et in turma e-
ius vigintiq̄ttuor milia· Octa-
uus menſe octauo ſobochai v-
ſathites de ſtirpe zarai: ⁊ in tur-
ma ei⁹ vigītiq̄ttuor milia· No-
n⁹ mēſe nono abiezer anatho-

tites de filijs ieminí: ⁊ in turma
eius vigintiquatuor milia. Deci-
mus mẽſe decimo marai et ipſe
nethophatites de ſtirpe zarai:
et in turma eius vigintiquatuor
milia. Undecimꝰ menſe undeci-
mo banaias pharathonites de
filijs ephraim: et in turma eiuſ
vigītiquatuor milia. Duodecimꝰ
mẽſe duodecimo holdai netho-
phatites de ſtirpe gothoniel: et
in turma eiꝰ vigintiquatuor mili-
a. Porro tribubꝫ ꝑerant in iſ-
rahel. rubenitis. dux eliezer fili-
us zechri: ſymeonitis: dux ſa-
phatias filius macha: leuitis.
aſabias filius chamuel: aaro-
nitis. ſadoch: iuda. heliu frater
dauid: yſachar. amri filius mi-
chael: zabulonitis. ieſmaias fi-
liꝰ abdie: neptalitibꝫ. ierimoth
filius ozihel: filijs ephraim oſe-
e filius ozaziu. dimidie tribui
manaſſe. iohel filius phadaie:
et dimidie tribui manaſſe ī ga-
laad. iaddo filius zacharie: be-
niamin aūt iaſihel filiꝰ abner:
dan vero ezriel filius ieroam.
Hy ꝓncipes filioꝝ iſrl'. Noluit
autē dauid numerare eos a vi-
ginti annis inferius: quia dixe-
rat dn̄s ut mltiplicaret iſrahel
quaſi ſtellas celi. Ioab filiꝰ ſar-
uie ceperat numerare nec ꝯple-
uit: qa ſup hoc ira dei irruerat ī
iſrl': et idcirco nũs coꝝ qui fue-
rant recenſiti non eſt relatus in
faſtos regis dauid. Super the-
ſauros autē regis fuit azmoth
filiꝰ adihel: hys aūt theſauris
qui erāt in urbibꝫ et in vicis et ī
turribꝫ ꝑſidebat ionathan filiꝰ
ozie. Opi aūt ruſtico et agrico-
lis qui exercebāt terram ꝑerat ez-
ri filius chelub: vinearūqꝫ cul-
toribꝫ ſemeias romathites: cel-
lis aūt vinarijs zabdias apho-
nites. Nam ſup oliueta et fice-
ta que erant in campeſtribꝰ ba-
lanā gederites: ſup apothecas
aūt olei ioas. Porro armentiſ
que paſcebātur in ſarona ꝓpo-
ſitus fuit ſetrai ſaronites: et ſu-
per boues in vallibꝫ ſaphat fi-
lius adli. ſup camelos vero u-
bil hiſmahelites: ⁊ ſup aſinos.
iadias meronatites: ſup oues
quoqꝫ iaziz agareus. Omnes
hy ꝓncipes ſubſtantie regis da-
uid. Ionathan aūt patruus da-
uid ꝯſiliarius vir prudēs ⁊ lit-
teratus: ipſe et iahihel filius a-
chamoni erāt cum filijs regis.
Achitophel etiā ꝯſiliarius re-
gis: et chuſi arachites amicus
regis. Poſt achitophel fuit io-
iada filius banaie ⁊ abiathar.
Princeps aūt exercitus regis e-
rat ioab.

XXVIII

Conuocauit igitur dauid omēs
ꝓncipes iſrl'. duces tribuū et ꝑ-
poſitos turmaꝝ. q̄ miniſtrabāt

regi: tribunos quoq; ⁊ centuri=
ones et qui p̄erant ſubſtãcie ⁊
poſſeſſionib; regis: filioſq; ſu=
os cũ eunuchis et potẽtes et ro=
buſtiſſimos quoſq; in exercitu
ih'rlm. Cũq; ſurrexiſſet rex ⁊ ſte=
tiſſet ait. Audite me fr̃es mei: ⁊
ppl's meus. Cogitaui ut edifi=
carẽ domũ in q̃ requieſceret ar=
cha federis dñi ⁊ ſcabellũ pedũ
dñi dei nr̃i: ⁊ ad edificandũ oĩa
p̄paraui. Deus aũt dixit michi.
Non edificabis domũ nomini
meo. eo q' ſis uir bellator ⁊ ſãg=
uinẽ fuderis: ſed ⁊ elegit dñs de=
us iſrahel me de uniũſa domo
pr̃is mei: ut eſſem rex ſup iſra=
hel in ſempit'nũ. De iuda eñi e=
legit p̄ncipes. Porro de domo
iuda domũ pr̃is mei: et de filiis
pr̃is mei placuit ei ut me elige=
ret regem ſup cunctũ iſrl': ſed ⁊
de filiis meis. filios eñi michi
m'tos dedit dñs: elegit ſalomo=
nem filiũ meũ ut ſederet ĩ thro=
no regni domini ſup iſrl': dix=
itq; michi. Salomõ fili' tu' e=
dificabit domũ meã ⁊ atria me=
a. Ipm eñi elegi michi in filiũ.
⁊ ego ero ei in pr̃em: ⁊ firmabo
regnũ eius uſq; in eternũ: ſi per=
ſeuerauerit facere p̄cepta mea ⁊
iudicia ſicut et hodie. Nunc er=
go corã uniũſo cetu iſrahel au=
diẽte deo nr̃o cuſtodite et p'qui=
rite cuncta mãdata dñi dei nr̃i
ut poſſideatis t'ram bonã: et re=
linq̃tis eã filiis noſtris poſt uoſ
uſq; in ſempiternũ. Tu autẽ ſa=
lomon fili mi ſcito deũ pr̃is tui:
⁊ ſerui ei corde perfecto ⁊ animo
uolũtario. Om̃ia enim corda
ſcrutat' dñs: et uniũſas menti=
um cogitac̃ones intelligit. Si
queſieris eũ inuenies: ſi aũt de=
reliqueris eũ p̄iciet te in eternũ.
Nũc ergo quia elegit te dñs ut
edificares domũ ſanctuarii: cõ=
fortare ⁊ p̄fice. Dedit aũt dauid
ſalomoni filio ſuo deſcripc̃onẽ
porticus et templi et cellariorũ
et cenaculi et cubiculorũ in adi=
tis et domus p̄piciationis. nec=
nõ ⁊ oĩm que cogitauerat atri=
orũ et exedrarũ p circuitũ in the=
ſauros domus dñi ⁊ in theſau=
ros ſanctorũ: diuiſionũq; ſac=
dotaliũ et leuiticarũ in omnia o=
pera dom' dñi et in uniũſa ua=
ſa miſterii templi dñi: aurum
in pondere p ſingula uaſa miſ=
terii: argenti quoq; põdus p
uaſorũ ⁊ op'm diuerſitate: ſed ⁊
in candelabra aurea ⁊ ad lucer=
nas. aurũ p meſura uniuſcu=
iuſq; candelabri et lucernarũ: ſi=
militer et in candelabra argen=
tea et in lucerna eorũ p diuerſi=
tate menſure. pondus argenti
tradidit. Aurũ quoq; dedit in
menſas p̄poſitionis p diuerſi=
tate menſarũ: ſimilit' et argentũ

in alias menſas argēteas· Ad
fuſcinulas qꝫ et fialas et thuri-
bula ex auro puriſſimo· et leū-
c'los aureos ꝑ qualitate mēſu-
re pōdus diſtribuit· in leuncu-
lum et leunculum: ſimilit' et in le-
ones argēteos diuiſum argēti
pondus ſeparauit· Altari aūt
in quo adoletur incenſum· au-
rum puriſſimū dedit: ⁊ ut ex ip-
ſo fieret ſimilitudo q̄drige che-
rubin extendentiū alas et uelā-
tium archā federis dn̄i· Omnia
inq̄t uenerūt ſcripta manu do-
mini ad me: ut intelligerē uni-
uerſa opa exemplaris· Dixit qꝫ
dauid ſalomoni filio ſuo· Vi-
riliter age et cōfortare ⁊ fac: ne
timeas et ne paueas· Dn̄s enī
deus meus tecū erit: ⁊ nō dimit-
tet te nec derelinquet: donec ꝑfi-
cias omne opus miniſterij do-
mus dn̄i· Ecce diuiſiones ſacer-
dotum et leuitar̄ in omne mīiſ-
teriū domus dn̄i aſſiſtūt tibi et
parati ſunt: ⁊ nouerūt tam p̄n-
cipes q̄ꝫ ꝑplus oīa p̄cepta tua·

XXVIIII

Locutuſqꝫ eſt
dauid rex ad omnē eccleſi-
am· Salomonem filiū meum
unū elegit dn̄s adhuc puerū ⁊
tenellum· Opus enī grande ē:
neqꝫ enī homini ꝑparat' habitaci-
o· ſed deo· Ego enī totis uirib;
meis ꝑparaui impenſas dom⁹
dn̄i dei mei: aur̄ ad uaſa aurea
et argentū in argētea· es in ene-
a· ferrū in ferrea· ligna ad lig-
nea· lapides onichinos et qua-
ſi ſtibinos ⁊ diuerſor̄ color̄ om-
nemqꝫ p̄cioſum lapidem ⁊ mar-
mor pariū habūdantiſſime: ⁊
ſup hec que obtuli in domū dei
mei· de peculio meo aurū et ar-
gentū do in templū dei mei: ex-
ceptis hys que ꝑparaui in edem
ſanctam tria milia talenta au-
ri de auro ophir: et ſeptem mili-
a talētor̄ argēti ꝓbatiſſimi ad
deaurandas parietes templi: ⁊
ubicūqꝫ opus eſt aurū de auro
et ubicūqꝫ opus eſt argētum de
argento· Opa fiant ꝑ manus
artificū: et ſi quis ſponte offert
impleat manū ſuam hodie: et
offerat quod uoluerit domino·
Polliciti ſunt itaqꝫ p̄ncipes fa-
miliar̄ ⁊ ꝓceres tribuū iſrahel·
tribuni quoqꝫ et centuriones ⁊
p̄ncipes p̄ncipum poſſeſſionū
regis: dederūtqꝫ in opa domus
dn̄i auri talenta q̄nqꝫ milia et
ſolidos decem milia argenti ta-
lenta decem milia et eris talēta
decem et octo milia: ferri q̄ꝫ cen-
tū milia talentor̄: et apud quē-
cunqꝫ inuenti ſunt lapides dede-
rūt in theſauros domus dn̄i ꝑ
manū iehihel gerſonitis· Leta-
tuſqꝫ eſt ꝑplus cum uota ſpon-
te ꝓmitterent: quia corde toto
afferebāt ea dn̄o· Sed ⁊ dauid

rex letatus ē gaudio magno:
⁊ benedixit dn̄o coram vniūſa
multitudine ⁊ ait. Benedictus
es dn̄e deus iſrahel patris nr̄i:
ab eterno in eternū. Tua eſt do-
mine magnificēcia et potencia
⁊ gl̄ia atq; victoria: ⁊ tibi laus.
Cuncta eñi que in celo ſunt ⁊ ī
terra. tua ſūt. Tuū dn̄e regnū:
⁊ tu es ſup oīes pͥncipes. Tue
diuicie: et tua eſt gloria: tu do-
minaris oīm. In manu tua ū-
tus et potencia: in manu tua
magnitudo ⁊ impium oīm.
Nūc igitur deus noſter confite-
mur tibi: et laudamus nomē
tuū inclitū. Quis ego et q̄s po-
pulus meus: ut poſſimus hec
tibi vniuerſa promittere: Tua
ſunt oīa: ⁊ que de manu tua
accepimus dedimus tibi. Pere-
grini eñi ſumus corā te ⁊ adue-
ne: ſicut oīes p̄res noſtri. Di-
es nr̄i quaſi umbra ſup t̄ram:
et nulla ē mora. Dn̄e deus noſ-
ter omnis hec copia quā para-
uimus ut edificaret̄ domus no-
mini ſancto tuo de manu tua
eſt: ⁊ tua ſunt oīa. Scio deus
meus q̄d probes corda et ſim-
plicitatē diligas: unde et ego ī
ſīplicitate cordis mei letus ob-
tuli vniūſa hec: ⁊ p̄pl̄m tuū qui
hic repertus ē vidi cū ingēti gau-
dio tibi offerre donaria. Dn̄e de-
us abraham et yſaac ⁊ iſrahel
patrū nr̄orum cuſtodi ī eternū
hanc volūtatem cordis eoꝝ. ⁊
ſemp in veneracionē tui mens
iſta pmaneat. Salomon q̄q; fi-
lio meo da cor pfectum. ut cuſ-
todiat mandata tua ⁊ teſtimo-
nia tua ⁊ cerimonias tuas ⁊ fa-
ciat vniūſa: et edificet edem cu-
ius impēſas parani. Precepit
aūt dauid vniūſe eccleſie. Bn̄-
dicite dn̄o deo noſtro. Et bene-
dixit oīs eccl̄ia domino deo pa-
trum ſuorum: et inclinauerūt
ſe et adorauerūt deū: et deinde re-
gem. Immolaueruntq; victimas
dn̄o: et obtulerunt olocauſta
die ſequēti thauros mille arie-
tes mille agnos mille cum liba-
minibꝫ ſuis. ⁊ vniūſo ritu abū-
dantiſſime in oēm iſrahel. Et
comederūt et biberunt corā do-
mino in die illo cum grandi le-
ticia: et vnxerunt ſecundo ſalo-
monem filiū dauid. Vnxerūt
aūt eum dn̄o in pͥncipem: et ſa-
doch in pontificem. Seditq; ſa-
lomon ſup ſoliū domini in re-
gem pro dauid patre ſuo ⁊ cūc-
tis placuit: et paruit illi oīs
iſrahel. Sed et vniuerſi princi-
pes et potentes et cuncti filij re-
gis dauid dederunt manū: et
ſubiecti fuerūt ſalomoni regi.
Magnificauit ergo dominꝰ ſa-
lomonem ſup omnem iſrahel
et dedit illi gloriam regni qua-

lem nullus habuit ante eū reg
iſrahel. Igitur dauid fili⁹ yſai
regnauit ſup vniuerſum iſrl': et
dies quibus regnauit ſup iſrl'
fuerūt quadraginta anni. In
hebrō regnauit ſeptem ānis et
in ihr'lm annis triginta trib⁹: ⁊
mortuus eſt in ſenectute bona
plenus dierū et diuiciis et glo-
ria: et regnauit ſalomon fili⁹
ei⁹ pro eo. Geſta aūt regis p̄o-
ra et nouiſſima ſcripta ſunt in
libro ſamuhel videntis et in li-
bro nathan ꝓphete atq; in vo-
lumine gad videntis: vniuſiq;
regni eius et fortitudinis ⁊ tem-
poꝝ que tranſierūt ſub eo ſiue
in iſrl' ſiue in cūctis regnis ter-
rarum. Incipit paralipomenon

ſcdus

Confor-
tatus eſt ergo
ſalomon fili⁹
dauid ī regno
ſuo: et dn̄s e-
rat cum eo: et
magnificauit eū ī excelſū. Pre-
cepitq; ſalomon vniuſo iſrl'. tri-
bunis et centurionib; ⁊ ducib;
et iudicib; om̄is iſrahel et p̄nci-
pibus familiaꝝ: ⁊ abiit cū vni-
uerſa multitudine in excelſum
gabaon. vbi erat tabernaclm
federis dn̄i: quod fecit moyſes
famulus dei ī ſolitudine. Arch-
am aūt dei adduxerat dauid de
cariathiarim ī locū quē ꝑpara-
uerat ei. et vbi fixerat illi taber-
naclm: hoc ē in ihr'lm. Altare
quoq; eneum qđ fabricat⁹ fue-
rat beſeleel fili⁹ vri filii ur ibi
erat corā tabernaculo dn̄i: qđ
et requiſiuit ſalomon et om̄is
ecclia. Aſcenditq; ſalomon ad
altare eneum corā tabernaculo
federis dn̄i: et obtulit in eo mil-
le hoſtias. Ecce aūt in ipa noc-
te apparuit ei deus dicens. Poſ-
tula quod vis: ut dem tibi. Dix-
itq; ſalomon deo. Tu feciſti cū
dauid pr̄i meo miām magnā:
et cōſtituiſti me regem pro eo.
Nūc ergo dn̄e deus: impleatur
ſermo tuus quē pollicit⁹ es da-
uid pr̄i meo. Tu eñ me feciſti
regem ſup ꝑplm tuū multum: q̄
tam innumerabilis eſt quā pul-
uis terre. Da michi ſapienciā ⁊
intelligenciā: ut igrediar ⁊ egre-
diar coram ꝑplo tuo. Quis eñ
poteſt hūc ꝑplm tuū digne qui
tam grandis eſt iudicare? Dix-
it aūt de⁹ ad ſalomonē. Quia
hoc magis placuit cordi tuo.
et non poſtulaſti diuicias ⁊ ſb-
ſtanciā ⁊ gloriā. neq; aīas eoꝝ
qui te oderant. ſed nec dies vite
plurimos: petiſti aūt ſapienci-
am et ſciēciā. ut iudicare poſſi'
ꝑplm meum. ſup quē conſtitui
te regem: ſapiencia et ſciēcia da-
ta ſunt tibi. Diuicias aūt et ſb-
ſtanciam et gloriā dabo tibi:

ita ut nullꝰ ī regibus nec ante
te nec poſt te fuerit ſimilis tui·
Venit ergo ſalomō ab excelſo
gabaon in ihr̄lm coram taber-
naculo federis: ⁊ regnauit ſup
iſrahel· Cōgregauitq; ſibi cur-
rus et eq̄tes: et facti ſunt ei mil-
le quadringenti currus et duo-
decim milia equitū: et fecit eos
eſſe in urbibꝫ quadrigarū et cū
rege in ihr̄lm· Prebuitq; rex ar-
gentū ⁊ aurū in ihr̄lm quaſi la-
pides: et cedros quaſi ſicomo-
ros que naſcūtur in cāpeſtribꝰ
multitudine magna· Adduce-
bantur aūt ei equi de egipto et
choa a negociatoribꝫ regis: q̄
ibant et emebāt precio quadri-
gam equorū ſexcentis argente-
is et equū centū q̄nquaginta·
Similiť de uniūſis regnis ceth-
theorū et a regibꝰ ſirie emptio
celebrabatur· II

Decreuit autē ſalomon edi-
ficare domū nomini dn̄i: et
nibus regū iſrahel. Oratio q̄q;
eius et exauditio et cuncta pec-
cata atq; cōtemptus: loca etiā
in quib; edificauit excelſa et fe-
cit lucos et ſtatuas anteq̄ age-
ret penitentiā: ſcripta ſunt in
ſermonib; ozai. Dormiuit er-
go manaſſes cū prib; ſuis: et
ſepelierūt eū in domo ſua: reg-
nauitq; pro eo filius eiꝰ amō.
Viginti duoꝝ ānoꝝ erat cū reg-
nare cepiſſet: ⁊ duob; ānis reg-
nauit in ihr̄lm. Fecitq; malū ī
ꝯſpectu dñi ſicut fecerat manaſ-
ſes pater eius: et cunctis ydoliſ
q̄ manaſſes fuerat fabricatus
īmolauit atq; ſeruiuit ⁊ non ē
reueritus faciē dñi ſicut reueri-
tus eſt manaſſes pater eius: et
multo maiora deliquit. Cūq;
cōiuraſſent adūſus eum ſerui
ſui interfecerūt eum in domo ſu-
a: porro reliqua ppl'i multitudo
ceſis hiis qui amon pcuſſerāt
cōſtituit regem ioſiā filiū eius
pro eo.

XXXIIII

Octo annoꝝ erat ioſias cū
regnare cepiſſet: et triginta et
uno anno regnauit in ihr̄lm.
Fecitq; quod erat rectū in con-
ſpectu dñi: et ambulauit in vi-
js dauid pr̄is ſui: non declina-
uit neq; ad dexterā neq; ad ſiniſ-
tram. Octauo aūt āno regni
ſui cum adhuc eſſet puer. cepit
querere deū pr̄is ſui dauid: et
duodecimo āno poſtq̄ ceperat
mūdauit iudā ⁊ ihr̄lm ab excel
ſis ⁊ lucis ſimlacriſq; ⁊ ſculpti-
lib;. Deſtruxerūtq; corā eo aras
baalim. et ſimulacra que ſup-
poſita fuerāt demoliti ſunt. Lu-
cos etiā ⁊ ſculptilia ſuccidit at-
q; cōminuit: et ſup tumulos e-
orū qui eis īmolare conſueue-
rant fragmēta diſperſit. Oſſa
p̄terea ſacerdotū cōbuſſit in al-
tarib; ydolorū: mūdauitq; iu-

dam et ihrl̄m· Sed ⁊ in urbib;
manaſſe et ephraim et ſyme-
on uſq; neptalim cuncta ſub-
uertit· Cumq; altaria diſſipaſſet
et lucos et ſculptilia ɔtriuiſſet
ī fruſta· cūctaq; delubra demo-
litus eſſet de uniūſa terra iſrl̄:
reuerſus eſt ihrl̄m· Igit̄ āno oc-
tauodecimo regni ſui mūdata
iam t̄ra ⁊ templo dn̄i: miſit ſa-
phan filiū eſelie et maaſiā p̄n-
cipē ciuitatis· et ioha filiū ioa-
chaʒ acōmētariis: ut inſtaura-
rēt domū dn̄i dei ſui· Qui uene-
rūt ad helchiā ſacerdotē mag-
nū: acceptaq; ab eo pecunia q̄
illata fuerat ī domū dn̄i· ⁊ q̄m
ɔgregauerāt leuite ⁊ ianitoreſ
de manaſſe et ephraim et uniū-
ſis reliquiis iſrl̄· ab omni q̄ʒ iu-
da et beniamin et habitatori-
bus ihrl̄m: tradiderūt in mani-
bus eoꝝ qui p̄erāt opariis in
domo dn̄i: ut inſtaurarēt tem-
plū· et infirma queq; ſarcirent·
At illi dederūt eā artificib; ⁊ ce-
mētariis: ut emerēt lapides de
lapidicinis· ⁊ ligna ad ɔmiſſu-
ras edificii· ⁊ ad cōtignationē
domoꝝ q̄s deſtruxerāt reges iu-
da· Qui fideliter cūcta faciebāt·
Erāt āt p̄poſiti opariū iadab ⁊
abdias de filiis merari· zacha-
rias et moſollā de filiis caath·
qui urgebāt opus: om̄es leui-
te ſciētes organis canere· Su-
ꝑ eos uero q̄ ad diuerſos uſuſ
onera portabāt: erāt ſcribe· et
mḡri de leuitis ianitores· Cum-
q; efferrēt pecuniā q̄ illata fue-
rat ī tēplū dn̄i· reperit helchias
ſacerdos librum legis dn̄i per
manū moyſi: ⁊ ait ad ſaphan
ſcribā· Librū legis īueni in do-
mo dn̄i: ⁊ tradidit ei· At ille in-
tulit uolumē ad regē: et nūcia-
uit ei dicēs· Omnia que dediſti
in manu ſeruoꝝ tuorū: ecce cō-
plent̄· Argentū qd̄ repertū eſt
in domo dn̄i cōflauerūt: datū
q; eſt p̄fectis artificū· et diuerſa
opa fabricantiū· P̄terea tradi-
dit michi helchias ſacd̄os hūc
librū· Quē cum rege p̄ſente re-
citaſſet· audiſſetq; ille uerba le-
gis· ſcidit ueſtimēta ſua: et p̄ce-
pit helchie et aichā filio ſaphā·
et abdon filia micha· ſaphā q̄ʒ
ſcribe· et aſaie ſeruo regis di-
cens· Ite et orate dn̄m ꝓ me· et
pro reliquiis iſrl̄ ⁊ iuda: ſuper
uniūſis ſermonib; libri iſtius
qui repertus ē· Magnus enī fu-
ror dn̄i ſtillauit ſup nos: eo qꝰ
non cuſtodierīt p̄res nr̄i uerba
dn̄i· ut facerēt om̄ia que ſcrip-
ta ſunt in iſto uolumīe· Abiit
ergo helchias et hii qui ſimul
a rege miſſi fuerāt ad oldan ꝓ-
phetē uxorē ſellū filii thecuath·
filii aras· cuſtodis ueſtiū· quo
habitabat in ihrl̄m in ſcd̄a: et

locuti ſunt ei verba que ſupra
narrauimꝰ. At illa rńdit eis.
Hec dicit dñs deus iſrl'. Dicite
viro q̄ miſit vos ad me. Hec
dicit dñs. Ecce ego inducā ma-
la ſup locū iſtū et ſup habita-
tores eius: cūctaq; maledicta
que ſcripta ſunt in libro hoc.
quē legerūt corā rege iuda: q̄-
a dereliquerūt me ⁊ ſacrificaue-
rūt diis alienis ut me ad iracū-
diā ꝓuocarēt in cūctis opib;
manuū ſuaꝝ. Idcirco ſtillabit
furoꝛ meus ſup locū iſtū: ⁊ nō
extinguet. Ad regem aūt iuda
qui miſit vos ꝑ dño deꝑcādo.
ſic loq̄mini. Hec dicit dñs deus
iſrahel. Quoniā audiſti verba
voluminis. atq; emollitū eſt cor
tuū. et humiliatꝰ es in cōſpec-
tu dñi ſup hiis que dicta ſunt
cōtra locū hūc et habitatores
ih'lm: reuerituſq; faciē meam
ſcidiſti veſtimēta tua et fleuiſti
corā me: ego q̄ȝ exaudiui te di-
cit dñs. Ia eū colligā te ad pa-
tres tuos: ⁊ inferreris ī ſepulcrū
tuū in pace: nec videbūt oculi
tui malū qd' ego inducturus
ſum ſuper locū iſtū ⁊ ſup habi-
tatores eiꝰ. Retulerūt itaq; re-
gi cuncta que dixerat. At ille
cōuocatis vniuſis maioribuſ
natu iuda et ih'lm aſcendit in
domū dñi: vnaq; omnes viri
iuda et habitatores ih'lm. ſa-
cerdotes et leuite ⁊ cūctus ppl's
a minimo uſq; ad maximū.
Quib; audiētib; in domo dñi
legit rex oīa verba voluminis:
et ſtans in tribunali ſuo pcuſ-
ſit fedus corā dño ut ambula-
ret poſt eum. et cuſtodiret pre-
cepta ⁊ teſtimonia et iuſtificati-
ones eiꝰ in toto corde ſuo. ⁊ in
tota aīa ſua: facereq; q̄ ſcripta
ſunt ī volumine illo qd' legerat.
Adiurauit q̄ȝ ſup hoc omēs q̄
reperti fuerāt in ih'lm et benia-
min: et fecerūt habitatores ihe-
ruſalē iuxta pactū dñi dei prm
ſuoꝝ. Abſtulit ergo ioſias cūc-
tas abōiatiōes de vniuſis
regionib; filioꝝ iſrl': et fecit oēſ
qui reſidui erant in iſrl' ſeruire
dño deo ſuo. Cunctis dieb; eiuſ
non receſſerūt a dño deo patrū
ſuoꝝ.

XXXV

Fecit aūt ioſias in ih'lm pha-
ſe dño: quod imolatū eſt q̄rta-
decima die menſis primi. Et cō-
ſtituit ſacerdotes ī officiis ſuis:
hortatuſq; eſt eos ut miniſtrarēt
in domo dñi. Leuitis quoq; ad
quoꝝ eruditionē oīs iſrahel
ſanctificabat' dño: locutus eſt.
Ponite archam in ſanctuario
templi: qd' edificauit ſalomon
filiꝰ dauid rex iſrahel. Nequa-
q̄ȝ eū eā ultra portabitis. Nūc
ergo miniſtrate dño deo vr̄o ⁊
pplo eius iſrl': et ꝑparate vos p

domos et cognationes vrãs ĩ
diuiſionibꝫ ſingulorũ ſicut pͥ-
cepit dauid rex iſrl̃· et deſcripſit
ſalomõ filius eius: ⁊ miniſtrate
in ſanctuario per familias tur-
maſqꝫ leuiticas: et ſanctificati
ĩmolate phaſe· Fr̃es etiã vr̃os
ut poſſint iuxta verba que lo-
cutus eſt dñs in manu moyſi
facere· pparate· Dedit preterea io-
ſias omĩ pplo qui ibi fuerat in-
uentus in ſolẽnitate phaſe ag-
nos et hedos de gregibꝫ et reli-
qui pecoris triginta milia: boũ-
qꝫ tria milia· Hec de regis uni-
uſa ſubſtãtia· Duces quoqꝫ ei-
us ſpõte quod vouerãt obtu-
lerũt: tam pplo qꝫ ſacerdotibꝫ
et leuitis· Porro helchias et
zacharias ⁊ iehihel pͥncipes do-
mus dñi dederũt ſacerdotibus
ad faciẽdũ phaſe pecora cõmix-
tim duo milia ſexcenta: ⁊ boues
trecẽtos· Chonenias autẽ et ſe-
meias etiã et nathanahel fr̃es
eius· necnõ aſabias et iahihel
et ioſabat pͥncipes leuitarꝫ· de-
derũt ceteris leuitis ad celebrã-
dũ phaſe· qͥnqꝫ milia pecorũ:
et boues qͥngentos· Prepara-
tũqꝫ eſt miniſteriũ ⁊ ſteterũt ſacer-
dotes in officio ſuo: leuite quo-
qꝫ in turmis iuxta regis impi-
um: et ĩmolatũ eſt phaſe· Aſ-
perſerũtqꝫ ſacerdotes manus ſu-
as ſanguine: et leuite detraxe-
rũt pelles olocauſtorꝫ: et ſepa-
rauerũt ea· ut darẽt p domos
et familias ſingulorꝫ· ⁊ offerrẽ-
tur dño ſicut ſcriptũ ẽ in libro
moyſi· de bubꝫ fecerũt quoqꝫ ſi-
militer· Et aſſauerũt phaſe ſu-
p ignẽ: iuxta qḋ ĩ lege ſcriptũ ẽ·
Pacificas vero hoſtias coxerũt
in lebetis· et cacabis et ollis: ⁊
feſtinato diſtribuerũt uniuerſe
plebi: ſibi autẽ et ſacerdotibꝫ poſ-
tea parauerũt· Nã in oblatio-
ne olocauſtorũ· et adipũ uſqꝫ
ad noctẽ ſacerdotes fuerũt occu-
pati: unde leuite et ſibi et ſacer-
dotibꝫ filijs aaron parauerũt
nouiſſimis· Porro cãtores fi-
lij aſaph ſtabãt in ordine ſuo:
iuxta pͥceptũ dauid et aſaph ⁊
eman et idithũ pphetarꝫ regis·
Janitores vero per portas ſin-
gulas obſeruabant: ita ut ne
puncto qͥdẽ diſcederẽt a miniſteri-
o· Quãobrẽ et fr̃es eorũ leuite
parauerũt eis cibos· Omnis
igitur cultura dñi rite cõpleta eſt
in die illa: ut facerẽt phaſe· et
offerrent olocauſta ſup altare
dñi iuxta pͥceptum regis ioſie·
Feceruntqꝫ filij iſrahel qui reper-
ti fuerant ibi phaſe in tempe il-
lo et ſolẽnitatẽ azimorꝫ: ſeptẽ
diebꝫ· Nõ fuit phaſe ſimile hu-
ic in iſrahel a diebꝫ ſamuelis
prophete: ſed nec quiſquã de
cunctis regibꝫ iſrl̃ fecit phaſe ſi-

ruit ioſias ſacerdotib; et leuitiſ
et omī iude et iſrl' qui repertus
fuerat: et habitātib; in ihrlm.
Octauodecimo āno regni ioſi-
e. hoc phaſe celebratū ē. Poſt-
q; inſtaurauerat ioſias tēplū.
aſcendit nechao rex egipti ad
pugnandū in carchamis iux-
ta eufraten: et ꝓceſſit in occur-
ſum eius ioſias. At ille miſſiſ
ad eū nūcijs ait. Quid michi ⁊
tibi rex iuda? Nō aduſū te ho-
die venio. ſed contra aliā pug-
no domū: ad quā me deus feſti-
nato ire ꝑcepit. Deſine aduer-
ſum deū facere qui mecū eſt: ne
īterficiat te. Noluit ioſias reu-
ti ſed ꝑparauit cōtra eū bellū:
nec acq̄euit ſermonib; necha-
o ex ore dei: verū ꝑrexit ut dimi-
caret in campo mageddo. Ibi
q; vulneratꝰ a ſagittarijs dix-
it pueris ſuis. Educite me de ꝑ-
lio: quia oppido vulneratꝰ ſū.
Qui tranſtulerūt eū de curru ī al-
terū currū qui ſequebat̄ eū mo-
re regio: et aſportauerūt eum
in ihrlm. Mortuuſq; ē ⁊ ſepul-
tus in mauſoleo prm ſuoꝝ: ⁊
vniūſus iuda et ihrlm luxerūt
eū: ieremias maxime: cuiꝰ oēſ
cantores atq; cātatrices uſq; ī
ꝑſentem diē lamētaciones ſup
ioſiā replicāt: et quaſi lex obti-
nuit in iſrl. Ecce ſcriptū fertur
in lamētacionib;. Reliqua au-
tem ſermonū ioſie. et miſc̄dia-
rum eius que lege ꝑcepta ſunt
dn̄i: opa q; illiꝰ ꝑma et nouiſ-
ſima ſcripta ſūt in libro regū
iuda et iſrahel. XXXVI

Tulit ergo ppl's trē ioachaz
filiū ioſie: et ꝯſtituit regē ꝓ pa-
tre ſuo in ihrlm. Vigintitriū an-
noꝝ erat ioachaz cum regna-
re cepiſſet: et trib; menſib; reg-
nauit in ihrlm. Amouit āt eū
rex egipti cū veniſſet in ihrlm:
et cōdēnauit trām centū talētiſ
argēti et talēto auri. Cōſtituit
q; pro eo regem eliachim frēm
eius ſup iudā et ihrlm: ⁊ vertit
nomē eius ioakim. Ipm vero
ioachaz tulit ſecum: et addux-
it in egiptū. Vigintiq̄nq; āno-
rum erat ioakim cū regnare ce-
piſſet: et vndecim annis regna-
uit in ihrlm: fecitq; malū corā
dn̄o deo ſuo. Cōtra hunc aſcen
dit nabuchodonoſor rex chal-
deoꝝ: et vinctū cathenis duxit
in babilonē: ad quā ⁊ vaſa do-
mini tranſtulit. et poſuit ea in tē-
plo ſuo. Reliqua autē verboꝝ
ioakim. et abominacionū eiuſ
quas opatus eſt. et que inuen-
ta ſunt in eo. ꝯtinēt̄ in libro re-
gum iuda et iſrl. Regnauit āt
ioachin filius eius pro eo. Oc-
to annoꝝ erat ioachin cū reg-
nare cepiſſet: et trib; mēſib; ac
decem dieb; regnauit in ihrlm:

fecitqꝫ malū in conſpectu dn̄i.
Cūqꝫ āni circulus volueretur:
miſit nabuchodonoſor rex nū-
cios qui ⁊ adduxerūt eū in ba-
bilonē: aſportatis ſimul ꝓci-
oſiſſimis vaſis dom⁹ domini.
Regem vero cōſtituit ſedechiā
ꝑrm ei⁹ ſup iudā et iħrlm. Vi-
ginti et vni⁹ anni erat ſedechi-
as cū regnare cepiſſet: et unde-
cim annis regnauit in iħrlm.
Fecitqꝫ malū in oculis dn̄i dei
ſui: nec erubuit faciem ieremie
prophete loquētis ad ſe ex ore
dn̄i. A rege q̄ꝫ nabuchodono-
ſor receſſit qui adiurauerat eū
ꝑ deū: et indurauit ceruicē ſuā
⁊ cor: ut nō reuerteretᷣ ad dn̄m
deū iſrl. Sed et vniūſi ꝑncipeſ
ſacdotū et ppl̄s ꝑuaricati ſunt
inique iuxta vniūſas abomi-
nationes gentiū: et polluerūt
domū dn̄i quā ſanctificauerat
ſibi in iħrlm. Mittebat aūt do-
minus deus ꝑrm ſuoꝝ ad illoſ
per manū nūcioꝝ ſuoꝝ denoc-
te cōſurgēs et quotidie cōmo-
nens: eo q̄ parceret ppl̄o et ha-
bitaculo ſuo. At illi ſubſānā-
bant nūcios dei et paruipēde-
bāt ſermones ei⁹: illudebātqꝫ
prophetis: donec aſcenderet fu-
ror dn̄i in ppl̄m ei⁹. et eſſet nul-
la curatio. Adduxit enī ſup e-
os regem chaldeoꝝ: ⁊ interfecit
iuuenes eoꝝ gladio in domo
ſanctuarij. Nō ē miſertus ado-
leſcentis ⁊ virginis ⁊ ſenis nec
decrepiti quidē: ſed oēs tradi-
dit in manibꝫ eius: vniūſaqꝫ
vaſa domus dn̄i tam maiora
q̄ꝫ minora. ⁊ theſauros tēpli ⁊
regis et ꝑncipū trāſtulit in ba-
bilonē. Incenderunt hoſtes do-
mū dei: deſtruxerūtqꝫ murū iħe-
ruſalē. Vniūſas turres cōbuſ-
ſerūt: et quicquid ꝓcioſum fu-
erat demoliti ſunt. Si q̄s euaſe-
rat gladiū. ductus in babilo-
nem ſeruiuit regi et filijs eius:
donec imperaret rex ꝑſaꝝ. ⁊ cō-
pleretᷣ ſermo dn̄i ex ore ieremie:
⁊ celebraret terra ſabbata ſua.
Cunctis enī diebꝫ deſolationis
egit ſabbatū: uſqꝫ dū cōplerē-
tur ſeptuaginta anni. Anno
aūt ꝑmo cyri regis ꝑſaꝝ ad ex-
plendū ſermonē dn̄i quē locu-
tus fuerat ꝑ os ieremie. ſuſcita-
uit dn̄s ſpiritū cyri regis ꝑſaꝝ:
qui iuſſit ꝓdicari in vniuerſo
regno ſuo etiā per ſcripturā di-
cens. Hec dicit cyrus rex perſa-
rum. Omnia regna terre dedit
michi dominus deus celi: et ipſe
ꝑcepit michi ut edificarē ei do-
mū in iħrlm que eſt in iudea.
Quis ex vobis eſt in omī ppl̄o
ei⁹: Sit dn̄s deus ſuus cū eo et
aſcendat. Incipit ōrō manaſ-
ſes regis iuda cum captus te-
neretur in Babylonia ∴

Domine deꝰ omnipotēs
prm̄ nr̄oꝝ abraham
yſaac et iacob et ſemi-
ni eoꝝ iuſto · qui feciſti celū et t̄-
ram cū omni ornatu eoꝝ: q̄ ſig-
naſti mare v̄bo p̄cepti tui: q̄ cō-
cluſiſti abiſſū ꝛ ſignaſti t̄ribili
ꝛ laudabili nomī tuo · quē oēs
pauēt · et tremūt a vultu v̄tutiſ
tue: et inſuſtēabilis ira ſuper
pctōres cōminationis tue: im-
menſa vero ꝛ īueſtigabilis mi-
ſericordia promiſſionis tue: q̄-
niam tu es dn̄s altiſſimꝰ ſup
oēm t̄ram lōganimis · et mul-
tū miſericors: et penitēs ſuper
maliciā hoīm · Tu autē dn̄e ſe-
cūdū bonitatē tuā ꝓmiſiſti pe-
nitētiā remiſſionis pctōꝝ: ꝛ tu
deus iuſtoꝝ · nō poſuiſti peni-
tētiā iuſtis · abrahā yſaac et ia-
cob · hijs q̄ tibi nō peccauerūt:
qui peccaui ſup numerū arene
maris · multiplicate ſunt iniq̄-
tates mee: īcuruatus ſum mlt̄-
to vinculo ferri · et nō ē reſpira-
cio michi: q̄a excitaui iracundi-
am tuā et malū corā te feci ſta-
tuens abhoīatiōes et multi-
plicās offenſiones · Et nūc flec-
to genua cordis mei: p̄cās ad
te bonitatē dn̄e · Peccaui dn̄e
peccaui: ꝛ iniq̄tatē meā agnoſ-
co · Peto rogans te dn̄e remit-
te michi remitte michi: ne ſimul
perdas me cū iniq̄tatibꝫ meis:
neqꝫ ī eternū reſerues mala mi-
chi: q̄a indignū ſaluabis me
ſcdm̄ magnā miſcd̄iā tuam: ꝛ
laudabo te ſemꝑ omībꝫ diebꝫ
vite mee: quī te laudat omnis
virtus celoꝝ: et tibi ē glīa in ſe-
cula ſeculoꝝ amē · Explicit ōrō
manaſſes regis iuda. Incipit p̄-
fatio bt̄i ieronimi p̄bri in libru
Esdre.

Verum diffi-
cilius ſit facere qd̄
poſcitis · an negare:
necdū ſtatui · Nam
vobis aliq̄d īperātibꝫ ānuere
ſentētie eſt: et magnitudo one-
ris īpoſiti ita ceruices p̄mit · ut
āte ſb faſce ruēdū ſit q̄m leuan-
dum · Accedūt ad hoc inuidoꝝ
ſtudia: q̄ omē qd̄ ſcribimꝰ rep̄-
hendendū putant · Et interdū
ↄtra ſe ↄſciētia repugnāte pub-
lice lacerant que occulte legūt:
īntantū ut clamare cōpellar et
dicere · Dn̄e libera aīam meā a
labijs iniq̄s et a lingua dolo-
ſa · Tercius ānus ē q̄ ſemꝑ ſcri-
bitis atqꝫ reſcribitis ut eſdre li-
brū et heſter vobis de hebreo trāſ-
feram: quaſi nō habeatis gre-
ca et latina volumīa: aut quic-
quid illud ē quod a vobis ver-
titur non ſtatim ab omībꝫ con-
ſpuēdū ſit · Fruſtra autē ut ait
q̄dam niti neqꝫ aliud fatigādo
niſi odiū querere: extreme demē-
tie eſt · Itaqꝫ obſecro vos mi do-

nion et rogatiane karissimi:
ut p̄uata lectione ɔtenti libros
nō efferatis ī publicū·nec fasti=
diosis cibos ingeratis: vitetis
q; eorꝫ supciliū·q̄ iudicare tan=
tū de aliis et ipi facere nichil no=
uerunt·Si q̄ aūt fratrū sunt q̄=
b9 nr̄a nō displiceāt hiis tribu=
atis exēplar: āmonētes ut he=
brea noīa quoꝫ grādis ī hoc
volumine copia ē: distincte et
p īterualla trāscribāt·Nichil enī
proderit emēdasse librū nisi e=
mendatio librarioꝫ diligētia
ɔseruet· Nec quēq; moueat q̄
unus a nobis editus liber est:
nec apocriphoꝫ tercii et q̄rti li=
bri sōniis delectet̄: q̄a et apud
hebreos esdre neemieq; sermo=
nes in unū volumē coartant̄
et que nō habent̄ apud illos·
nec de viginti q̄tuor senib; sūt
procul abiciēda· Si q̄s āt sep=
tuagīta vobi opposuerit inter=
p̄tes·quoꝫ exēplaria varietas
ipsa lacerata et euersa demon=
strat: nec potest utiq; verū asse=
ri qđ diuersum ē: mittite eū ad
euāgelia in q̄bus mlta ponūt̄
q̄si de veteri testamēto q̄ apud
septuagīta interp̄tes nō habē=
tur: velud illud qm̄ nazarenus
vocabit̄· et ex egipto vocaui fi=
liū meū· et videbūt in quē con=
punxerut·mltaq; alia· que la=
tiori opi reseruam9: et querite
ab eo ubi scripta sunt· Cumq;
proferre nō potuerit: vos legi=
te de hiis exēplarib; que nup a
nobi edita maledicoꝫ quotidie
linguis ɔfodiūt̄· Sed ut ad ope=
dum veniā: certe qđ illaturus sū
equissimū est· Edidi aliq̄d qđ
nō habet̄ in greco: aut alit̄ ha=
betur q̄z a me versum est· quid
interp̄tem laniāt: Interrogēt he=
breos: et ipis auctorib; trāslato=
ni mee uł arrogēt uł derogēt fi=
dem· Porro aliud est si clausis
quod dicit̄ oculis michi volūt
maledicere: et non imitant̄ gre=
corum studiū et beniuolenciā:
qui post septuagīta trāslatores
iam xp̄i euāgelio choruscante
iudeos et hebionitas legis vete=
ris interp̄tes aquilā videlicet et
symachū· et theodotionē· et cu=
riose legūt· et p origenis laborē
in exaplois ecclesiis dedicarūt·
q̄nto magis latini grati esse de=
berēt: q̄ exultantē cernerēt gre=
ciam a se aliq̄d mutuari: Pri=
mū enī magnoꝫ sūptū ē et infini=
te difficultatis·exēplaria posse
habere oīa: deinde etiā q̄ habu=
erit· et hebrei sermonis ignari
sunt magis errabūt: ignoran=
tes q̄s e multis verius dixerit·
Qđ etiā sapiētissimo cuidā nu=
per apud grecos accidit: ut in=
terdū scripture sensū relinquēs·
uniuscuiuslibet īterp̄tis seque=

retur errorē· Nos aūt q̄ hebre-
e lingue ſaltē paruā habem⁹
ſcientiā· et latinus nobis ut cū-
q; ſermo nō deeſt: et de alijs ma-
gis poſſumus iudicare: ⁊ ea q̄
ipi intelligimus in nr̄a lingua
promere· Itaq; licet exedra ſibi-
let· victorq; ſynō incendia iac-
tet: numq̄ʒ meū iuuāte xp̄o ſile-
bit eloq̄ū: etiā p̄ciſa ligua bal-
buciet· Legāt q̄ volūt: qui no-
lūt abiciant· Euentilēt apices·
lr̄as calūnient'· Magis vr̄a ca-
ritate ꝓuocabor ad ſtudiū: q̄ʒ
illoꝝ detractione ⁊ odio deterre-
bor· Incipit liber eſdre primus
In anno p̄mo cyri Cap̄. primū.
regis perſaꝝ ut cōpleretᷣ verbū
dn̄i ex ore ieremie ſuſcitauit do-
minus ſpiritū cyri regis perſa-
rum: et trāſduxit vocem omni
regno ſuo· etiā ꝑ ſcripturā di-
cens· Hec dicit cyrus rex pſaꝝ·
Omnia regna t̄re dedit michi do-
minus deus celi: et ipſe p̄cepit
michi ut edificarē ei domū in
ih'r'lm· que eſt in iudea· Quis ē
in nobis de vniūſo pp̄lo eius:
Sit dn̄s ill⁹ cū eo· Aſcendat ī
ih'r'lm que eſt in iudea: ⁊ edificet
domū dei iſrahel: ipe eſt deus q̄
eſt in ih'r'lm· Et omēs reliqui ī
cūctis locis vbicūq; habitant
adiuuēt eū viri de loco ſuo· ar-
gento et auro ⁊ ſubſtātia ⁊ pe-
coribꝫ: excepto qd̄ voluntarie
offerūt templo dei qd̄ eſt in ihe-
ruſalem· Et ſurrexerūt p̄ncipeſ
p̄rm de iuda et beniamin· et ſa-
cerdotes ⁊ leuite: omīs cui⁹ ſuſ-
citauit deus ſpiritū: ut aſcende-
ret ad edificādū templū domi
qd̄ erat in ih'r'lm· Vniūſiq; q̄ e-
rant in circuitu adiuuerūt ma-
nus eoꝝ ī vaſis argenteis ⁊ au-
reis· in ſubſtantia· et iumētis
in ſuppellectili: exceptis hijs q̄
ſponte obtulerāt· Rex quoq;
cyrus protulerat vaſa templi
dn̄i que tulerat nabuchodono-
ſor de ih'r'lm: et poſuerat ea in
templo dei ſui· Protulit aūt ea
cyrus rex pſarū per manū mi-
tridatis filij gazabar: et annu-
merauerit ea ſaſabaſar p̄ncipi
iude: et hic ē nūs eoꝝ· Fiale au-
ree triginta: fiale argētee mille:
cultri viginti noue: ſciphi au-
rei trigīta: ſciphi argētei ſcdi q̄-
dringēti decem: vaſa alia mille·
Omnia vaſa aurea et argētea:
q̄nq; milia quadringēta· Vni-
uerſa tulit ſaſabaſar: cum hijſ
qui aſcendebāt de trāſmigratio-
ne babilonis in ih'r'lm· II
Hij ſunt aūt filij prouincie
qui aſcenderūt de captiuita-
te quā trāſtulerat nabuchodo-
noſor rex babilonis in babilo-
nem: et reuerſi ſunt in ih'r'lm et
iudeā· vnuſquiſq; in ciuitatem
ſuam: qui venerūt cū zoroba-

bel et iheſua neemia ſaraia ra-
helaya · mardochay belſā · meſ-
phar · beguai · reū baana · Nu-
merꝰ viroꝝ pp̄li iſrl̄ · Filij pha-
res: duo milia cētūſeptuagīta-
duo · Filij ſaphatia: trecētiſep-
tuagintaduo · Filij area: ſeptī-
gentiſeptuagintaq̄nq; · Filij
phetmoab filioꝝ ioſue ioab:
duo milia octīgentiduodecim ·
Filij helā: milleducentiq̄nqua-
gītaq̄tuor · Filij zethua: nōgē-
tiq̄dragintaq̄nq; · Filij zacha-
i: ſeptingētiſexagīta · Filij ba-
ni: ſexcētiquadragītaduo · Fi-
lij bebai: ſexcentiuigītitres · Fi-
lij azgad: milleducētiuigītidu-
o · Filij adonicā: ſexcentiſexagī-
taſex · Filij beguai: duo milia
q̄nquagintaſex · Filij adin: q̄-
dringentiq̄nquagintaq̄tuor ·
Filij ather q̄ erant ex ezechia:
nonagītaocto · Filij beſai: tre-
cētiuigītitres · Filij iora: centū-
duodecim · Filij aſem: ducenti-
uigītitres · Filij gebbar nōgen-
tiq̄nq; · Filij bethleem: centūui-
gintitres · Viri nethupha: quī-
quagītaſex · Viri anathot: cen-
tūuigītiocto · Filij azmaueth:
quadragintaduo · Filij caria-
thiarim cephira et beroth: ſep-
tingētiquadragintatres · Filij
rama et gabaa: ſexcentiuigin-
tiunus · Viri machmas: centū-
uigītiduo · Viri bethel et hai:
ducentiuigītitres · Filij nebo:
q̄nquagītaduo · Filij megbis:
centūq̄nquagintaſex · Filij he-
lam alterius: milleducentiq̄nq̄-
gītaq̄tuor · Filij arim: trecenti-
uiginti · Filij lodadin et ono:
ſeptingentiuigintiq̄nq; · Filij
ihericho: trecētiq̄dragītaq̄nq; ·
Filij ſenaa: tria milia ſexcenti-
triginta · Sacerdotes · Filij ida-
ia in domo ieſue: nōgentiſeptu-
agintatres · Filij emmer: mil-
leq̄nq̄gītaduo · Filij pheſſur:
milleducentiq̄dragītaſeptem ·
Filij arim: mille decem et ſeptē ·
Leuite · Filij ieſue ⁊ cedmihel fi-
lioꝝ oduie: ſeptuagintaq̄tuor ·
Cantores · Filij aſaph: centūui-
gintiocto · Filij ianitoꝝ · Filij
ſellū filij ather filij telmon · filij
accub filij atita filij ſobai: uni-
uerſi cētūtrigintanouē · Nathi-
nei · Filij ſia filij aſupha filij
tebbaoth filij ceros filij ſiaa fi-
lij phadon filij lebana filij aza-
ba filij accub filij agab filij ſel-
mai filij anan filij gaddel filij
gaer filij raahia filij raſin filij
nechoda filij gazem filij azec fi-
lij phaſea filij beſee filij aſema-
a filij munim filij nephuſim fi-
lij bechue filij acupha filij azur
filij beſluth filij maida filij ar-
ſa filij bercos filij ſiſara filij the-
ma filij naſia filij athupha fi-
lij ſeruorū ſalomonis: filij ſo-

thei filii ſophereth filii pharuda
filii iala filii dercon filii ieddel fi-
lii ſaphata filii athil filii phore-
reth qui erant de aſebaim : filii
amim · Omnes nathinei et filii
ſeruoꝝ ſalomonis: trecentinono-
nagintaduo · Et hii q̄ aſcende-
runt de thelmala thelarſa the-
rub et don et mer: et nō potue-
runt indicare domū prīm ſuo-
rum et ſemē ſuū: utrū ex iſrł' eſ-
ſent · Filii dalaia filii tobia filii
nechoda ſexcentiq̄nquaginta-
duo · Et de filiis ſacerdotū filii
hobia filii accos filii berzellai
q̄ accepit de filiab; berzellai ga-
laaditis uxorē : et vocatus eſt
noīe eoꝝ · Hii queſierūt ſcriptu-
ram genealogie ſue et non in-
uenerūt: et eiecti ſunt de ſacerdo-
tio · Et dixit atherſatha eis · ut
non comederēt de ſancto ſanc-
toꝝ: donec ſurgeret ſacdos doc-
tus atq; pfectus · Omnis mł'titu-
do q̄ſi un⁹ q̄dragintaduo mi-
lia trecentiſeptuaginta: exceptis
ſeruis eoꝝ et āncillis q̄ erant ſep-
tem milia trecentitrigintaſeptē:
et in ipſis cātores atq; cantatri-
ces ducenti · Equi eorū ſexcenti-
trigintaſex : muli eoꝝ ducenti-
quadragintaq̄nq; : cameli eo-
rum quadringentitrigintaq̄n-
q;: aſini eorū ſex milia ſeptīgē-
tiuiginti · Et de pncipib; patrū
cū ingrederent' templū dñi qđ
eſt in ihr̄lm : ſponte obtulerūt
in domū dei ad extruendā eam
in loco ſuo · Secundū vires ſu-
as dederunt impenſas operis ·
auri ſolidos quadraginta mi-
lia et mille: argenti mnas quī-
q; milia: et veſtes ſacerdotales
centū · Habitauerūt ergo ſacer-
dotes et leuite et de pplo et cāto-
res et ianitores ⁊ nathinnei in
urbibus ſuis : uniūſuſq; iſrł' ī
ciuitatibus ſuis ·

III

Iamq; venerat menſis ſeptim⁹:
et erant filii iſrł' in ciuitatib; ſu-
is · Cōgregatus eſt ergo pplus
quaſi vir unus in ihr̄lm · ⁊ ſur-
rexit ioſue filius ioſedech · ⁊ fra-
tres eius ſacerdotes · et zoroba-
bel filius ſalathiel · et fratres ei-
us: et edificauerūt altare dei iſ-
rahel · ut offerrent ī eo olocauſ-
tomata : ſicut ſcriptū ē in lege
moyſi viri dei · Collocauerūt āt
altare dei ſup baſes ſuas de ter-
rentib; eos p circuitū pplis fra-
rum: ⁊ obtulerūt ſup illud olo-
cauſtum dño mane et veſpere ·
Feceruntq; ſolemnitatē taber-
naculoꝝ ſicut ſcriptū eſt: ⁊ olo-
cauſtum dieb; ſingulis per or-
dinem ſcđm preceptū opus di-
ei in die ſuo : et poſt hec olocauſ-
tum iuge tam in kalendis q̄; ī
uniūſis ſolēnitatib; dñi q̄ erāt
conſecrate: et in omīb; in q̄bus
ultra offerebatur munus dño ·

A primo die menſis ſeptimi: ce-
perunt offerre olocauſtū dn̄o:
porro templū dei nōdū funda-
tum erat. Dederūt aūt pecuni-
as latomis et cementariis: cibū
que ⁊ potū ⁊ oleū ſydoniis tyriiſ-
que. ut deferrent ligna cedrina de
libano ad mare ioppen: iuxta
qđ preceperat cyrus rex pſarū eis.
Anno aūt ſcđo aduentus eorū
ad templū dei in ihrl'm menſe
ſcđo ceperūt zorobabel filius
ſalathiel et ioſue filius ioſedech
et reliqui de fratribus eorū ſacerdo-
tes et leuite. et omēs qui vene-
rant de captiuitate in ihrl'm: et
cōſtituerūt leuitas a viginti an-
nis et ſupra. ut urgerent opus
dn̄i. Stetitque ioſue et filii eius
et fratres eius. cedmihel et filii
eius. ⁊ filii iuda quaſi vir unus.
ut inſtarent ſup eos qui facie-
bant opus in templo dei: filii
enadab. ⁊ filii eorū. ⁊ fratres eo-
rum leuite. Fundato igitur a ce-
mentariis tēplo dn̄i ſteterūt ſa-
cerdotes in ornatu ſuo cum tu-
bis: et leuite filii aſaph in cym-
balis: ut laudarent deū per manus
dauid regis iſrl'. Et concinebāt
in ymnis ⁊ confeſſione dn̄o quo-
niam bonus: qm̄ in eternū mi-
ſericordia eius ſup iſrl'. Omnis
quoque ppl's vociferebatur cla-
more magno in laudādo dn̄m:
eo quod fundatū eſſet templū do-
mini. Plurimi etiā de ſacerdo-
tibus ⁊ leuitis ⁊ principes patrū
et ſeniores qui viderāt templū
prius cū fūdatum eſſet. et hoc
templū in oculis eorū flebant
voce magna: ⁊ multi vociferan-
tes in leticia eleuabāt vocem:
nec poterat quiſque agnoſcere vo-
cem clamoris letantiū. et vocē
fletus ppl'i. Commixtim enī ppl's
vociferabat' clamore magno:
et vox audiebat' procul. Audi-
erūt aūt hoſtes iude ⁊ beniamī
quia filii captiuitatis edificarent
templū dn̄o deo iſrl': et acceden-
tes ad zorobabel. et ad princi-
pes prm. dixerunt eis. Edifice-
mus vobiſcū: quia ita ut vos
querimus deū vrm. Ecce nos im-
molauimus victimas a diebus
aſoraddā regis aſſur: qui ad-
duxit nos huc. Et dixit eis zo-
robabel et ioſue: et reliqui prin-
cipes prm iſrl'. Nō eſt nobis et
vobis ut edificemus domū deo
nr̄o: ſed nos ipſi ſoli edificabi-
mus deo nr̄o: ſicut precepit no-
bis cyrus rex pſarū. Factū eſt
igitur ut ppl's terre impediret
manus ppl'i iude: ⁊ turbaret eos
in edificando. Conduxerūt aūt
adūſus eos conſiliatores: ut de-
ſtruerent conſiliū eorū omnibus die-
bus cyri regis pſarū. IIII
In regno āt aſſueri ipſe ē artarx-
erſes. in principio regni eius ſcrip-

ſerunt accuſacionē adūſus ha-
bitatores iude ⁊ ihr̄lm. Et in di-
ebus artarxerſis ſcripſit beſel-
lam mitridates et thabeel ⁊ re-
liqui qui erant in cōſilio eorū
ad artarxerſen regem pſarum.
Epiſtola aūt accuſationis ſcrip-
ta erat ſyriace: et legebatur ſer-
mone ſyro. Reum beeltheem
et ſamſai ſcriba ſcripſerūt epiſ-
tolam unā de ihr̄lm artarxerſi
regi huiuſcemodi. Reum beel-
theem et ſamſai ſcriba et reliq̄
cōſiliatores eoꝝ. dynei ⁊ aphar-
ſathei therphalei. arphaſei. her-
chuei babilonij ſuſannachei
dyei. et elamite. ⁊ ceteri de genti-
bus q̄s tranſtulit ſalmanaſar
magn᷒ ⁊ glorioſus: ⁊ habita-
re eas fecit in ciuitatib; ſama-
rie. et in reliquis regionib; trāſ
flumē in pace. Hoc eſt exēplar
epiſtole quā miſerūt ad eum.
Artarxerſi regi: ſerui tui viri q̄
ſunt trans fluuiū ſalutē dicūt.
Notū ſit regi: quia iudei q̄ aſcē-
derunt a te ad nos venerunt in
ihr̄lm ciuitatē rebellem et peſſi-
mam: quā edificāt extruentes
muros eius et parietes cōponē-
tes. Nūc igit̄ notū ſit regi: q̄a
ſi ciuitas illa edificata fuerit et
muri eius inſtaurati. tributū
et vectigal et ānuos redit᷒ nō
dabūt: ⁊ uſq; ad reges h̄ noxa
perueniet. Nos ergo memores

ſalis quē in palatio comedim᷒:
q̄a leſiones regis videre nephaſ
ducimus: idcirco miſim᷒ ⁊ nū-
ciauimus regi. ut recenſeas in
libris hiſtoriaꝝ patrū tuoꝝ. ⁊
inuenies ſcriptū in comētarijs
⁊ ſcies quī urbs illa urbs rebel
lis eſt et nocens regib; et ꝓuin-
cijs et bella cōcitant̄ in ea ex di-
ebus antiquis: quāobrem ⁊ ci-
uitas illa deſtructa eſt. Nuncia-
mus nos regi: quī ſi ciuitas il-
la edificata fuerit: et muri ipſiuſ
inſtaurati: poſſeſſionē trāſ flu-
uiū non habebitis. Verbū mi-
ſit rex ad reūbeeltheē et ſamſai
ſcribā. ⁊ ad reliquos qui erant
in conſilio eoꝝ habitatores ſa-
marie. ⁊ ceteris trans fluuium:
ſalutem dicens et pacem. Accu-
ſatio quā miſiſtis ad nos ma-
nifeſte lecta eſt corā me: et a me
ꝓceptum ē: et recenſuerūt: inue-
neruntq; quī ciuitas illa a dieb;
antiquis adūſum reges rebel-
lat: et ſeditiones ⁊ ꝓlia concitā-
tur in ea. Nam et reges fortiſſi-
mi erant in ihr̄lm: qui et dn̄a-
ti ſunt omī regioni que trans
fluuiū ē. Tributū quoq; ⁊ vec-
tigal. et redditus accipiebant.
Nunc ergo audite ſententiam:
ut prohibeatis viros illos. et
urbs illa non edificetur: donec
ſi forte a me miſſum fuerit. Vi-
dete ne negligenter hoc imple-

atis: ⁊ paulatim creſcat malū
contra reges. Itaq; exemplū edic-
ti artarxerſis regis lectū ē corā
reūbeeltheem et ſamſai ſcriba.
et cōſiliariis eoꝝ: et abierūt feſ-
tini in iheꝛlm. ad iudeos: et pro-
hibuerūt eos in brachio et ro-
bore. Tūc intermiſſum eſt opus
domus dñi in iheꝛlm: et nō fie-
bat uſq; ad annū ſcdm regni
darii regis pſarū. V

Prophetauerūt aūt agge-
us ꝓpheta ⁊ zacharias fi-
lius addo: ꝓphetātes ad iudeos
qui erāt in iuda et iheꝛlm in no-
mine dei iſrl. Tūc ſurrexit zoro-
babel fili⁹ ſalathiel ⁊ ioſue fili-
us ioſedech et ceperūt edificare
templū dñi in iheꝛlm: et cū eis
prophete dei adiuuantes eos.
In ipō aūt tempe uenit ad eos
thantānai q̄ erat dux trās flu-
mē et ſtarbuzānai et cōſiliarii
eoꝝ: ſicq; dixerūt eis. Quis dedit
uobis cōſiliū ut domū hāc edi-
ficaretis: ⁊ muros eius inſtau-
raretis? Ad qḋ rñdim⁹ eis: q̄ eſ-
ſent noīa hoīm auctoꝝ edifica-
tionis illi⁹. Oculus aūt dei eo-
rum factus eſt ſup ſenes iude-
orū: et nō potuerūt inhibere e-
os. Placuitq; ut res ad dariū
referret̄: ⁊ tūc ſatiſfacerēt aduer-
ſus accuſationē illā. Exēplar
epiſtole quā miſit thantānai
dux regionis trans flumen et
ſtarbuzānai et cōſiliatores ei⁹
apharſathei q̄ erāt trās flumē:
ad dariū regē. Sermo quē mi-
ſerāt ei ſic ſcriptus erat. Dario
regi pax omnis. Notū ſit regi iſ-
ſe nos ad iudeā ꝓuinciā ad do-
mū dei magni q̄ edificat̄ lapide
impolito: et ligna ponūt̄ ī pa-
rietib;: opuſq; illud diligenter
extruit̄ et creſcit in manib; eoꝝ.
Interrogauim⁹ ergo ſenes illos:
et ita dixim⁹ eis. Quis dedit uo-
bis poteſtatē ut domū hāc edi-
ficaretis: et muros hos inſtau-
raretis. Sed et noīa eoꝝ q̄ſiui-
mus ab eis ut nūciarem⁹ tibi:
ſcripſimuſq; noīa eoꝝ uiroꝝ
qui ſunt pncipes in eis. Huiuſ-
cemodi aūt ſermonē rñderunt
nobis dicētes. Nos ſum⁹ ſerui
dei celi et t̄re: et edificam⁹ tēplū
qḋ erat extructū āte hos ānos
multos: quodq; rex iſrl' mag-
nus edificauerat et extruxerat.
Poſtq̄ aūt ad iracūdiā ꝓuo-
cauerunt pr̄es nr̄i deū celi tradi-
dit eos in manus nabuchodo-
noſoꝛ regis babilonis chaldei:
domū q̄; hāc deſtruxit: ⁊ ꝑplm ei-
us tranſtulit in babilonē. An-
no aūt pmo cyri regis babilo-
nis cyr⁹ rex ꝓpoſuit edictū: ut
domus dei edificaretur. Nā et
uaſa templi dei aurea et argen-
tea que nabuchodonoſor tule-
rat de tēplo qḋ erāt in iheruſalē

ꝛ aſportauerat ea in templum
babilonis ꝓtulit cyrus rex de
templo babilonis: et data ſūt
ſaſabaſar vocabulo quē ꝛ prin-
cipē cōſtituit: dixitqꝫ ei. Hec va-
ſa tolle et vade: ꝛ pone ea in tē-
plo qđ eſt in ihꝛlm: et domus
dei edificet̄ in loco ſuo. Tūc ita-
qꝫ ſaſabaſar ille venit et poſu-
it fundamēta templi dei in ihe-
ruſalē: et ex eo tēpore uſqꝫ nūc
edificat̄ et necdū cōpletum eſt.
Nūc ergo ſi videt̄ regi bonū re-
cenſeat in bibliotheca regis q̄
eſt in babilone utrū nā a cyro
rege iuſſum fuerit ut edificare-
tur dom⁹ dei in ihꝛlm: et volun-
tatem regis ſup hac re mittat

Tunc VI ad nos.
darius rex ꝑcepit: ꝛ recen-
ſuerūt ī bibliotheca librorꝫ q̄ e-
rāt repoſiti in babilone: et īuē-
tū eſt in ecbathanis qđ ē caſtrū
in medena ꝓuīcia volumen
unū: taliſqꝫ ſcriptus erat in eo
cōmētarius. Anno primo cyri re-
gis. cyrus rex decreuit ut dom⁹
dei edificaret̄ que eſt in ihꝛlm in
loco ubi īmolāt hoſtias: et ut
ponāt fūdamēta ſupportātia
altitudinē cubitorꝫ ſexagīta et
latitudinē cubitorꝫ ſexaginta:
ordines de lapidibꝫ impolitis
tres: et ſic ordines de lignis no-
uis. Sūpt⁹ aūt de domo regis
dabunt̄. Sed ꝛ vaſa templi dei
aurea et argētea que nabucho-
donoſor tulerat de templo ihe-
ruſalē ꝛ attulerat ea in babilo-
nem reddant̄ et referant̄ ī tem-
plum ihꝛlm in locū ſuū: que et
poſita ſunt in templo dei. Nūc
ergo thantānai dux regionis
que eſt trans flumē ꝛ ſtarbuzā-
nai et cōſiliarii vr̄i apharſathei
q̄ eſtis trans flumē ꝓcul recedi-
te ab illis: et dimittite fieri tem-
plum dei illud a duce iudeorꝫ et
a ſenioribꝫ eorꝫ: et domus dei il-
la edificetur in loco ſuo. Sed ꝛ
a me ꝑceptū eſt. quid oporteat
fieri a pr̄ſbiteris iudeorꝫ illis ut
edificetur domus dei: ſcilicet ut
de archa regis id eſt de tributis
que dantur de regione trans
flumē ſtudioſe ſumptus dētur
viris illis: ne impediat̄ opus.
Quod ſi neceſſe fuerit et vitulos
et agnos et hedos in olocau-
tum deo celi: frumētū ſal vinū
et oleū ſcđm ritū ſacerdotū qui
ſunt in ihꝛlm detur eis ꝑ ſingu-
los dies. ne ſit in aliquo queri-
monia: et offerant oblationes
deo celi orentqꝫ pro vita regis
et filiorū eius. A me ergo poſi-
tum eſt decretū: ut omīs homo
qui hāc mutauerit iuſſionē tol-
latur lignū de domo ipſius et e-
rigatur et cōfigat̄ in eo: dom⁹
aūt eius publicet̄. Deus aūt q̄
habitare fecit nomē ſuum ibi:

diſſipet oīa regna • et pplm̄ qui
extenderit manū ſuā ut repug
net • et diſſipet domū dei illā q̄
ē in ihr̄lm • Ego darius ſtatui
decretū: qđ ſtudioſe impleri vo-
lo • Igit̄ thantānai dux regio-
nis trans flumē et ſtarbuzan-
nai • et ɔſiliarij eius ſcđm qđ
p̄ceperat darius rex: ſic diligen-
ter executi ſunt • Seniores aūt
iudeoꝝ edificabāt: ⁊ pſperabā-
tur iuxta ꝓphetiā aggei ꝓphe-
te et zacharie filij addo • Et edifi-
cauerūt et ɔſtruxerunt iubēte
deo iſrl' • et iubēte cyro et dario •
et artaxerſe regib; perſaꝝ: et ɔ-
pleuerūt domū dei iſtā • uſq; ad
diē terciū menſis adar: qui eſt
ānus ſextus regni darij regis •
Fecerūt aūt filij iſrl' ſacerdotes
et leuite • et reliqui filioꝝ trāſmi-
grationis • dedicationē domus
dei in gaudio: et obtulerunt in
dedicatione domus dei vitulos
centū • arietes ducētos • agnos
quadringētos: hircos capraꝝ
pro peccato toti' iſrahel duo-
decim iuxta numerū tribuū iſ-
rahel • Et ſtatuerūt ſacerdotes
in ordinib; ſuis: et leuitas ī vi-
cib; ſuis ſup opera dei in iheru-
ſalem: ſicut ſcriptū eſt in libro
moyſi • Fecerūt aūt filij trāſmi-
grationis paſcha quartadeci-
ma die mēſis p̄mi • Purificati
eni fuerant ſacerdotes • ⁊ leuite
quaſi unus: omnes mūdi ad
īmolandū paſcha vniūſis fili-
js trāſmigrationis • et frīb; ſu-
is ſacerdotib; • et ſibi • Et comē-
derūt filij iſrl' qui reuerſi fuerāt
de trāſmigratione: ⁊ omīs qui
ſe ſeperauerāt a coinq̄natione
gentiū terre ad eos: ut quererēt
dn̄m deū iſrahel • Et fecerūt ſolē-
nitatem azimorū ſeptem dieb;
in leticia quā letificauerat eos
dn̄s: et ɔuerterat cor regis aſ-
ſur ad eos: ut adiuuaret ma-
nus eorū in opere domus dn̄i
dei iſrahel • VII

Poſt hec aūt verba • in reg-
no artaxerſis regis perſaꝝ • eſ-
dras filius saraie • filij azarie •
filij helchie • filij ſellum • filij ſa-
doch • filij achitob • filij amarie •
filij azarie • filij maraioth • filij
zarie • filij ozi • filij bocci • filij abi-
ſue • filij finees • filij eleazar • fi-
lij aaron ſacerdotis ab inicio:
ipſe eſdras aſcendit de babilo-
ne: et ipſe ſcriba velox in lege
moyſi • q̄ dn̄s deus dedit iſrl' • Et
dedit ei rex ſcđm manū dn̄i dei
eius bonā ſup eū • om̄m peticio-
nem eius • Et aſcenderūt de filijs
iſrl' • et de filijs ſacerdotū • et de fili-
js leuitaꝝ • et de cātorib; • et de ia-
nitorib; • ⁊ de nathinneis • ī ihe-
ruſalē anno ſeptimo artaxer-
ſis regis: et venerunt in ihr̄lm
menſe q̄nto: ipē eſt ānus ſepti-

mus regis · Quia in pmo die
mensis pmi · cepit ascendere de
babilone: et in pmo die mēsis
qnti venit in ihrlm · iuxta ma-
num dei sui bonam sup se. Es-
dras aūt parauit cor suū · ut i-
uestigaret legem dni: ⁊ faceret ·
et doceret in israhel pceptū ⁊ iu-
diciū · Hoc ē aūt exemplar epiſ-
tole edicti: qd dedit rex artarxer-
ses esdre sacerdoti · ſcribe erudi-
to in ſermonib; et pceptis dni ·
⁊ cerimoniis ei9 in iſrl · Artarx-
erses rex regū: esdre ſacerdoti ·
ſcribe legis dei celi doctiſſimo ·
ſalutem · A me decretū ē: ut cui-
cunq; placuerit in regno meo
de pplo iſrl · et de ſacerdotib; ei9 ·
⁊ de leuitis ire in ihrlm · tecū va-
dat · A facie enī regis · et ſeptē
cōſiliatoꝝ eius miſſus es ut vi-
ſites iudeā et ihrlm · in lege dei
tui que eſt in manu tua: ⁊ ut fe-
ras argētum et aurū quod rex
⁊ cōſiliatores eius ſpōte obtu-
lerūt deo iſrl: cuius in ihrlm ta-
bernaculū eſt · Et omē argētū
et aurū · quodcunq; inueneris
in uniūſa puīcia babilonis ·
et ppls offerre noluerit: ⁊ de ſac-
dotib; qui ſponte obtulerīt do-
mui dei ſui que eſt in ihrlm libe-
re accipe: ⁊ ſtudioſe eme de hac
pecunia vitulos · arietes · ag-
nos · et ſacrificia ⁊ libamina e-
orū · et offer ea ſup altare tem-
pli dei vri qd ē ī ihrlm · Sed ⁊ ſi
quid tibi et frīb; tuis placuerit
de reliquo argēto ⁊ auro ut fa-
ciatis: iuxta voluntatē dei vri
facite · Vaſa quoq; que dantur
tibi ī miniſteriū domus dei tui:
trade in cōſpectu dei in ihrlm ·
Sed et cetera qbus opus fuerit
in domū dei tui: quātūcūq; ne-
ceſſe eſt ut expendas · dabis de
theſauro et de fiſco regis · et a
me · Ego artarxerſes rex ſtatui
atq; decreui · omīb; cuſtodibus
arche publice qui ſunt trans
flumē: ut quodcūq; pecierit a
vobis esdras ſacerdos ſcriba
legis dei celi · abſq; mora detis ·
uſq; ad argēti talēta centum ·
et uſq; ad frumēti choros cētū ·
⁊ uſq; ad vini bathos centum ·
et uſq; ad bathos olei centum:
ſal vero abſq; mēſura · Omne
qd ad ritū dei celi ptinet · tribu-
at diligēter in domo dei celi: ne
forte iraſcat cōt regnū regis · ⁊
filioꝝ ei9 · Vobis quoq; notū
facimus de uniūſis ſacerdotib;
⁊ leuitis · cātorib; · ⁊ ianitorib; ·
nathinneis · et miniſtris dom9
dei huius: ut vectigal ⁊ tributū ·
et anonas · non habeatis po-
teſtatem imponēdi ſup eos ·
Tu aūt esdra · ſcdm ſapiētiam
dei tui que eſt in manu tua con-
ſtitue iudices et pſides · ut iudi-
cent omī pplo qui eſt trans flu-

mei :hijs videlicet qui nouerĩt
legem dei tui:ſed et ĩperitos do-
cete libere. Et omĩs qui nõ fece-
rit legem dei tui et legem regis
diligẽter: iudiciũ erit de eo ſiue
in mortem ſiue in exiliũ. ſiue ĩ
cõdemnationẽ ſubſtãtie eius:
uel certe in carcerẽ. Benedictuſ
dñs deus pr̃m nr̃oꝝ. qui dedit
hoc in corde regis. ut glorifica-
ret domũ dñi q̃ eſt in ihr̃lm: et ĩ
me inclinauit miſcdiã ſuã co-
ram rege et cõſiliatorib; eius.
et vniũſis p̃ncipib; regis potẽ-
tib;. Et ego cõfortatus manu
domini dei mei que erat in me:
cõgregaui de iſrl' p̃ncipes qui
aſcenderũt mecum. VIII

Hij ſũt ergo p̃ncipes fami-
liaꝝ. et genealogia eorũ
qui aſcenderũt mecũ. in regno
artarxerſis regis de babilone.
De filijs finees: gerſon. De fili-
js ythamar: daniel. De filijs da-
uid: attus. De filijs ſechenie. ⁊
de filijs pharos zacharias: et
cũ eo numerati ſunt viri centũ-
q̃nquagĩta. De filijs phetmo-
ab. helioenai filius zaree: et cũ
eo ducenti viri. De filijs ſeche-
nie filius ezechiel: et cũ eo trecẽ-
ti viri. De filijs addan. nabeth
filius ionathã: et cũ eo q̃nqua-
gĩta viri. De filijs helam. yſai-
as filius athalie: et cũ eo ſeptu-
aginta viri. De filijs ſaphatie.
zebedia filius michael: et cũ eo
octoginta viri. De filijs ioab.
obedia filius iheihel: ⁊ cum eo
ducenti decẽ et octo viri. De filijſ
ſelomith. filius ioſphie: ⁊ cum
eo centũ ſexagĩta viri. De filijs
bebai. zacharias filius bebai:
et cũ eo viginti octo viri. De fili-
js ezeab. iohãnan fili⁹ ezechã:
et cũ eo centũ decem viri. De fili-
js adonicã. qui erãt nouiſſimi.
et hec nõia eorũ. heliphelet. et
heihel. et ſamaias: et cũ eis ſex-
aginta viri. De filijs beggui
vthai. et zachur: et cũ eis ſeptu-
agĩta viri. Cõgregaui aũt eos
ad fluuiũ. qui decurrit ad hau-
ua: et manſimus ibi trib; dieb;.
Queſiuiq; in pplo. et in ſacerdo-
tib; de filijs leui: et non inueni
ibi. Itaq; miſi helizer et ariel et
ſemeam et helnathan. et arib
et alterũ helnathan et nathan.
⁊ zachariã. ⁊ meſolã. p̃ncipes:
et ioarib. et helnathã ſapiẽtes:
⁊ miſi eos ad heddo qui eſt pri-
mus in caſphie loco. et poſui
in ore eoꝝ verba que loquerẽ-
tur ad heddo. et ad fratres eiuſ
nathinneos in loco caſphie.
ut adducerẽt nobis miniſtros
domus dei nr̃i. Et adduxerunt
nobis per manũ dei nr̃i bonã
ſup nos virũ doctiſſimũ. de fili-
js mooli. filij leui. filij iſrl: ⁊ ſa-
rabiã. et filios eius et fr̃es eiuſ

decem et octo· et aſabiã· et cum
eo yſaiã de filiis merari: fr̃eſq;
eius et filios eius viginti· Et de
nathinneis· quos dederat da-
uid· et p̃ncipes ad miniſteria
leuitarũ: nathineos ducẽtoſui-
ginti· Om̃es hii ſuis nominibus
vocabãt̃· Et p̃dicaui ibi ieiuni-
um iuxta fluuiũ haua: ut af-
fligeremur corã dño deo nr̃o·
et peteremꝰ ab eo vitã rectã no-
bis· et filiis nr̃is· vniũſiq; ſub-
ſtantie nr̃e· Erubui enĩ petere
regem auxiliũ et equites· q̃ de-
fenderent nos ab inimico ĩ via:
q̃a dixeramꝰ regi· Manus dei
nr̃i eſt ſup om̃es qui querũt eũ
in bonitate: et imperiũ eius· et
fortitudo eius· et furor ſup oẽs
qui reliquũt eũ· Ieiunauimus
aũt et rogauimꝰ deũ nr̃m pro
hoc: ⁊ euenit nobis ꝓſpere· Et
ſeparaui de p̃ncipib; ſacerdotũ
duodecim· ſarabiã et aſabiã:
et cũ eis de fr̃ib; eorꝫ decem· Ap-
pendiq; eis argẽtũ et aurũ· et
vaſa cõſecrata domus dei nr̃i· q̃
optulerat rex· ⁊ cõſiliatores ei-
us· et p̃ncipes eius: vniũſuſq;
iſrl̃· eorꝫ qui inuẽti fuerãt· Et
appendi in manib; eorꝫ argen-
ti talẽta ſexcentaq̃nquagĩta· ⁊
vaſa argentea centũ: auri cen-
tum talẽta· et crateras aureas
viginti que habebant ſolidos
millenos: et vaſa eris fulgẽtis
optimi duo· pulcra ut aurum·
Et dixi eis· Vos ſancti dñi· et
vaſa ſancta: et argentũ et aurꝫ
qđ ſpõte oblatũ eſt dño deo pa-
trũ nr̃orꝫ· Vigilate ⁊ cuſtodite:
donec appẽdatis corã p̃ncipib;
ſacerdotũ· et leuitarꝫ· et ducib;
familiarꝫ iſrahel in ihr̃lm· ĩ the-
ſaurũ domus dñi· Suſceperũt
aũt ſacerdotes et leuite põdus
argenti· et auri· et vaſorꝫ: ut de-
ferrent ihr̃lm· in domũ dei nr̃i·
Promouimꝰ ergo a flumine
haua duodecima die menſis
p̃mi: ut ꝑgeremꝰ ihr̃lm· Et ma-
nus dei nr̃i ſicut ſup nos: et li-
berauit nos de manu inimici
et inſidiatoris in via· Et veni-
mus ihr̃lm: et manſimꝰ ibi die-
bus trib;· Die aũt quarta ap-
penſum eſt argentũ et aurum
et vaſa in domo dei nr̃i per ma-
nũ remoth filii vrie ſacerdotis:
et cũ eo eleazar filius finees· cũ
q; eis iozadet filius ioſue et no-
adaia filius bennoi leuite: iux-
ta numerũ ⁊ pondus oĩm· De-
ſcriptũq; ẽ om̃e põdus in tem-
pore illo· Sed et qui venerant
de captiuitate filii trãſmigrati-
onis obtulerũt olocauſtoma-
ta deo iſrl̃ vitulos duodecim ꝓ
omi pplo iſrl̃: arietes nonagĩ-
taſex· agnos ſeptuagĩtaſeptẽ·
hircos ꝓ peccato duodecĩ: om-
nia in olocauſtũ dño· Dederũt

aūt edicta regis ſatrapis qui
erant de cōſpectu regis · et duci
bus trans flumē: et eleuauerūt
pplm et domū dei · VIIII

Poſtq̄ aūt hec cōpleta ſūt:
acceſſerūt ad me pncipes
dicentes · Nō eſt ſeparatus po=
pulus iſrahel ⁊ ſacerdotes ⁊ le=
uite a pplis terraꝝ: et de abomīa=
tionib; eoꝝ chananei videlicet
et ethei · et pherezei et iebuzei · et
āmonitaꝝ ⁊ moabitaꝝ ⁊ egip=
tioꝝ et amorreoꝝ · Tulerūt eñi
de filiab; eoꝝ ſibi et filijs ſuis:
et cōmiſcuerūt ſemē ſanctū cū
pplis terraꝝ · Man⁹ etiā pncipū
⁊ magiſtratuū fuit in trāſgreſ=
ſione hac pma · Cūq; audiſſē
ſermonē iſtū · ſcidi palliū meū
et tunicā: ⁊ euelli capillos capi=
tis mei et barbe: et ſedi merēs ·
Conuenerūt aūt ad me omnes
qui timebāt verbū dei iſrl · pro
tranſgreſſione eoꝝ qui de capti=
uitate venerāt: ⁊ ego ſedebam
triſtis uſq; ad ſacrificiū veſper=
tinum · Et in ſacrificio veſperti=
no ſurrexi de afflictione mea: ⁊
ſciſſo pallio et tunica curuaui
genua mea · et expandi man⁹
meas ad dūm deū meū et dixi ·
Deus meus cōfundor ⁊ erubeſ=
co leuare faciē meā ad te: quo
niā iniq̄tates nr̄e mltiplicate
ſunt ſup caput nr̄m: et delicta
nr̄a creuerūt uſq; ad celū a die
bus prm nr̄oꝝ · Sed et nos ip=
ſi peccauim⁹ grauiter uſq; ad
diem hāc: et in iniq̄tatib; nr̄is
traditi ſumus ipi · et reges nr̄i
⁊ ſacerdotes nr̄i in manū regū
terraꝝ: et ī gladiū ⁊ in captiuita=
tem et in rapinā ⁊ in cōfuſionē
vultus: ſicut et die hac · Et nūc
quaſi parū et ad momētū fac=
ta eſt deprecatio nr̄a apud do=
minū deū nr̄m · ut dimitterent
nobis reliquie et daretur pax
illus in loco ſancto eius: et il
luminaret oclos nr̄os de⁹ noſ=
ter · et daret nobis vitam modi=
cam in ſeruitute nr̄a · quia ſer=
ui ſumus: ⁊ in ſeruitute noſtra
non dereliquit nos deus noſter:
et inclinauit ſup nos miſcdiā
corā rege pſarū · ut daret nobi
vitam et ſublimaret domū dei
noſtri · et extrueret ſolitudines
eius: ⁊ daret nobis ſpem in iu=
da et iheruſalē · Et nūc quid di=
cemus dn̄e deus noſter poſt hec:
Quia dereliq̄mus mādata tua ·
que pcepiſti in manu ſeruorū
tuoꝝ pphetaꝝ dicēs · Terra ad
quam vos ingredimini ut poſ=
ſideatis eam terra īmunda ē iux=
ta īmundiciā ppłoꝝ ceteraruq;
terraꝝ: abominationib; eorū
qui repleuerūt eam ab ore uſq;
ad os in coinquinatione ſua ·
Nūc ergo filias vr̄as ne detis
filijs eoꝝ et filias eoꝝ ne accipi=

atis filijs vr̄is: et nō queratis
pacem eoꝝ et ꝓſperitatem eo-
rū uſq; in eternū: ut cōfortemi-
ni et comedatis que bona ſūt
terre. et heredes habeatis filios
vr̄os uſq; in ſeculum. Et poſt
omnia que venerūt ſup nos in
opib; nr̄is peſſimis. et in delic-
to nr̄o magno: q̄a tu deus noſ-
ter liberaſti nos de iniq̄tate nr̄a.
et dediſti nobis ſalutē ſicut eſt
hodie: ut nō cōūteremur ⁊ irri-
ta faceremus mādata tua. ne-
q; matrimonia iungeremus
cū pp̄lis abominationū iſtaꝝ.
Nunq̄d iratus es nobis uſq;
ad ꝯſūmationē: ne dimitteres
nobis reliquias ad ſalutē: Do-
mine deus iſrl̄ iuſtus es tu: q̄m
derelicti ſum⁹ qui ſaluaremur
ſicut die hac. Ecce corā te ſum⁹
in delicto nr̄o. Nō enī ſtari po-
teſt corā te ſup hoc. X

Sic ergo orāte eſdra et im-
plorāte deū et flente. ⁊ ia-
cente ante templū dei: collectus
eſt ad eū de iſrl̄ cetus grandis
nimis viroꝝ et mulierū. et pu-
eroꝝ. Et fleuit pp̄lus multo fle-
tu. Et rndit ſechenias filius ie-
hiel de filijs helā: et dixit eſdre.
Nos p̄uaricati ſum⁹ in deum
nr̄m: et duxim⁹ uxores alieni-
genas de pp̄lis ťre. Et nūc ſi eſt
penitētia in iſrl̄ ſup hoc: pcuti-
amus fedus cū dn̄o deo nr̄o.
ut ꝓiciamus vniūſas vxores.
et eos qui de hijs nati ſunt. Iux-
ta voluntatem dn̄i et eorū qui
timēt p̄ceptū dn̄i dei nr̄i. ſecūdū
legem fiat. Surge: tuū eſt diſ-
cernere: noſq; erimus tecū. Cō-
fortare et fac. Surrexit ergo eſ-
dras et adiurauit p̄ncipes ſac-
dotum ⁊ leuitaꝝ ⁊ om̄em iſrahel:
ut facerent ſecūdū verbū hoc.
Et iurauerūt. Et ſurrexit eſdras
ante domū dei: et abijt ad cubi-
culum iohānan filij eliaſib: et
ingreſſus eſt illuc. Panē non
comedit: ⁊ aquā non bibit. Lu-
gebat enī trāſgreſſionē eoꝝ q̄
venerāt de captiuitate. Et miſ-
ſa ē vox in iuda ⁊ in ihr̄lm om̄i-
bus filijs trāſmigrationis. ut
cōgregarētur in ihr̄lm: et om̄is
qui non venerit in trib; diebus
iuxta cōſiliū p̄ncipū et ſenioꝝ.
auferet̄ vniūſa ſubſtātia eius.
et ip̄e abicietur de cetu tranſmi-
grationis. Conuenerūt igitur
om̄s viri iuda et beniamin ī ihe-
ruſalem trib; dieb;. ip̄e eſt men-
ſis nonus. viceſima die mēſis:
et ſedit om̄is pp̄ls in platea do-
mus dei. tremētes pro peccato
et pluuijs. Et ſurrexit eſdras
ſacerdos: et dixit ad eos. Vos
tranſgreſſi eſtis et duxiſtis uxo-
res alienigenas: ut adderetis
ſup delictū iſrl̄. Et nūc date cō-
feſſionē dn̄o deo patrū vr̄oꝝ: ⁊

facite placitũ eius: ⁊ ſeparamini
a ꝑplis terre · et ab vxoribꝫ alieni-
genis · Et reſpondit vniuerſa multitu-
do: dixitq; voce magna · Iuxta
verbũ tuũ ad nos ſic fiat · Ve-
rũtamẽ quia ꝑplus multus eſt et
tempus pluuie · ⁊ non ſuſtine-
mus ſtare foris · et opus non
eſt diei vnius vel duorũ: vehemẽ-
ter quippe peccauimus in ſermo-
ne iſto: conſtituantur principes in
vniuerſa multitudine: ⁊ omnes in
ciuitatibꝫ nr̃is qui duxerũt vx-
ores alienigenas veniãt ĩ tem-
poribꝫ ſtatutis · et cum hiis ſe-
niores ꝑ ciuitatẽ ĩ ciuitatẽ ⁊ iu-
dices eius: donec auertat ira dei
nr̃i a nobis ſuꝑ peccato hoc ·
Igitur ionathã filius aſahel · et
iaazia filius thecue · ſteterũt ſu-
ꝑ hoc: et meſollã · ⁊ ſebethai le-
uites adiuuerũt eos · Fecerũt
q; ſic filii trãſmigrationis · Et
abierũt eſdras ſacerdos ⁊ viri
principes familiarũ ĩ domos pa-
trũ ſuorũ · et omnes ꝑ nomina ſua:
et ſederũt in die primo mẽſis de-
cimi · ut quererent rem · Et conſum-
mati ſunt omnes viri qui duxe-
runt vxores alienigenas: uſq;
ad diẽ primã menſis primi · Et in-
uenti ſunt de filiis ſacerdotũ qui
duxerũt vxores alienigenas:
de filiis ioſue filii ioſedech ⁊ fratres
eius maaſia · et eliezer · ⁊ iarib ·
et iodolia · Et dederunt manus
ſuas · ut eicerẽt vxores ſuas: et
pro delicto ſuo arietem de oui-
bus offerrẽt · Et de filiis emmer:
ãnani et zebedia · Et de filiis ſe-
rim: maſia ⁊ helia · ⁊ ſemeia · ie-
hihel · et ozias · Et de filiis phe-
ſur: helioenai · maaſia · yſma-
hel · nathanael · iozabeth ⁊ hele-
ſa · Et de filiis leuitarũ: ioſabeth ·
⁊ ſemei · ⁊ celaia · ipſe eſt calitha-
phathaia · iuda · et eliezer · Et de
cãtoribꝫ eliaſub: et de ianitori-
bus · ſellũ · ⁊ thelem ⁊ vri · Et ex
iſrahel · de filiis pharos: remei-
a · et ezia · ⁊ melhia · ⁊ miamim ·
et eliezer · et melchia · et banea ·
Et de filiis elã: mathania · zach-
arias · et iehihel · et abdi · et ri-
moth et helia · Et de filiis zethu-
a · helioenai · eliaſib · nathania ·
et iherimuth · ⁊ zabeth · ⁊ aziza ·
Et de filiis bebai: iohanã · ana-
nia · zabbai · athalai · Et de filiis
bani: moſolla · ⁊ melluch · ⁊ adai-
a · iaſub · et ſaal · et ramoth · Et
de filiis phetmoab: edna · ⁊ cha-
laal · banaias · ⁊ maaſias · ma-
thanias · beſelehel · bẽnui · ⁊ ma-
naſſe · Et de filiis erem: eliezer ·
ieſue · melchias · ſemeias · ſyme-
on · beniamin · maloch · ſama-
tur demoniũ·Secũda vero nocte
in copulatione ſanctorũ patri-
archarũ admitteris·Tercia uo
nocte benedictionẽ cõſequeris:
ut filij ex vobis ꝑcreentur ĩco-
lumes·Trãſacta aũt tercia noc-
te accipies virginẽ cum timo-
re dñi·amore filioꝝ magis q̃
libidinis ductus: ut in ſemine
abrahe benedictionem in filijs
conſequaris·

VII

Ingreſſi ſunt aũt ad raguelem:
et ſuſcepit eos raguel: cũ gau-
dio·Intuenſq; tobiam raguel:
dixit anne uxori ſue·Quã ſimi-
lis eſt iuuenis iſte conſobrino
meo·Et cũ hec dixiſſet·ait·Un-
de eſtis iuuenes fr̃es nři? At illi
dixerunt·Ex tribu neptalim ſu-
mꝰ: ex captiuitate niniue·Dix-
itq; illis raguel·Noſtis tobiã
fr̃em meũ? Qui dixerunt·Noui-
mꝰ·Cumq; multa bona loq̃ret̃
de eo: dixit angelus ad rague-
lem·Tobias de quo interrogas·
pater iſtius ẽ·Et miſit ſe ragu-
el·et cum lacrimis oſculatus ẽ
eum: et plorãs ſupra collũ eiꝰ
dixit·Benedictio ſit tibi fili mi:
qͥa boni ⁊ optimi viri filius es·
Et anna uxor eius et ſara ipſo-
rũ filia lacrimate ſunt·Poſtq̃

autē locuti ſunt: p̄cepit raguel
occidi arietē. et parari cōuiuiū.
Cunq; hortaret̄ eos diſcūbere
ad prandiū: tobias dixit. Hic
ego hodie non mādūcabo ne-
q; bibā: niſi prius petitionem
meā confirmes: ⁊ p̄mittas mi-
chi dare ſarā filiā tuā. Quo au-
dito verbo raguel expauit. ſciēs
q̄d euenerit illis ſeptē viris. q̄ in-
greſſi ſūt ad eā: et timere cepit.
ne forte ⁊ huic ſiliter continge-
ret. Et cū nutaret et nō daret vl-
lū petēti reſpōſum: dixit ei āge-
lus. Noli timere dare eam iſti:
quī huic timēti deū debet̄ cōiux
filia tua. Propterea ali⁹ nō po-
tuit habere illā. Tūc dixit ragu-
el. Nō dubito q᷒ de⁹ p̄ces et la-
crimas meas ī ꝯſpectu ſuo ad-
miſerit. Et credo quī ideo fecit
vos venire ad me: ut et iſta cō-
iūgeret̄ cognatoni ſue. ſcd̄m le-
gem moyſi. Et nūc noli dubiū
gerere: q᷒ tibi eā tradā. Et ap̄p̄-
hēdēs dexterā filie ſue: dextere tobi-
e tradidit dicens. De⁹ abrahā
⁊ de⁹ yſaac ⁊ de⁹ iacob vobiſcū
ſit. et ipſe cōiungat vos: imple-
atq; benedictionē ſuā ī vobis.
Et accepta carta. fecerūt ꝯſcrip-
tionem ꝯiugij. Et poſt hec epu-
lati ſūt: benedicētes deū. Voca-
uitq; raguel ad ſe annā vxorē
ſuā: ⁊ p̄cepit ei ut p̄pararet alte-
rū cubiculū. Et īroduxit illuc

ſarā filiā ſuā: et lacrimata eſt.
Dixitq; ei. Forti animo eſto fili-
a mea. Dn̄s celi det tibi gaudiū
pro tedio q̄d perpeſſa es. VIII

Poſtq̄ȝ vero cenauerūt: intro-
duxerūt iuuenē ad eam.
Recordat⁹ itaq; tobias ſermo-
nū angeli protulit de caſſidili
ſuo partem iecoris: poſuitq; e-
am ſup carbones viuos. Tūc
raphael angelus app̄hendit de-
moniū: et religauit eum in de-
ſerto ſupioris egipti. Tūc hor-
tatus ē virginē tobias: dixitq;
ei. Sara exſurge et depꝛecemur
deū hodie et cras et ſcd̄m cras:
quia hijs trib; noctib; deo iun-
gimur: tercia aūt trāſacta noc-
te. in nr̄o erimus ꝯiugio. Filij
quippe ſanctoꝝ ſumus: ⁊ non
poſſumus ita coniungi ſicut ⁊
gentes q̄ ignorant deū. Surgē-
tes aūt pariter inſtātes orabāt
ambo ſimul: ut ſanitas daret̄
eis. Dixitq; tobias. Dn̄e de⁹ pa-
trum nr̄orū benedicāt te celi ter-
re mareq; et fōtes ⁊ flumina: ⁊
om̄es creature tue q̄ in eis ſūt.
Tu feciſti adam de limo terre:
dediſtiq; ei adiutoriū euam. Et
nūc dn̄e tu ſcis q̄ȧ nō luxurie
cauſa accipio ſororē meā con-
iugem: ſed ſola poſteritatis di-
lectione ī qua benedicat̄ nomē
tuū in ſecula ſeculoꝝ. Dixit ita-
q; ſara. Miſerere nobis domine.

miſerere nobis: et cõſeneſcamꝰ
ambo pariter ſani. Et factū eſt
circa pullorꝫ cantum. acceſſiri
iuſſit raguel ſeruos ſuos: et a-
bierunt cū eo pariter ut foderēt
ſepulcrū. Dicebat enī: ne ſimili-
modo euenerit ei. quo et ceteris
aliis ſeptem viris q̄ ſūt ĩgreſſi
ad eā. Cumq; paraſſet foſſam:
reuerſus raguel ad vxorē ſuā.
dixit ei. Mitte unā ex ācillis tu-
is. ⁊ videat ſi mortuus eſt: ut ſe-
peliā eum āteq̄ꝫ illuceſcat. At il-
la miſit unam ex ancillis ſuis.
Que ingreſſa cubiculū reperit
eos ſaluos incolumes: ſecum
pariter dormientes. Et reuerſa
nūciauit bonū nūciū. Et bene-
dixerunt dn̄m. raguel videlicet
et anna vxor eius: et dixerunt.
Benedicimꝰ te dn̄e deus iſrahel
q̄a non contigit nobis queād-
modū putabamꝰ. Feciſti enī
nobiſcū miſcdiam tuā: ⁊ exclu-
ſiſti a nobis inimicū ꝑſequētē
nos. Miſertus es aūt duobus
vnicis. Fac eos dn̄e in plenꝰ
benedicere te: ⁊ ſacrificiū laudis
tue ⁊ ſue ſanitatis offerre: ut co-
gnoſcat vniuſitas gētiū. quia
tu es deus ſolus in vniuſa terra.
Statimq; p̄cepit ſeruis ſuis ra-
guel ut replerent terra foſſā quā
fecerāt: priuſquā illuceſceret.
Vxori aūt ſue dixit ut inſtrue-
ret cõuiuiū: et p̄pararet omīa q̄

in cibos erant iter agentibꝫ ne-
ceſſaria. Duas quoq; pingues
vaccas. ⁊ quatuor arietes occi-
di fecit et parari epulas omībꝫ
vicinis ſuis. cunctiſq; amicis.
Et adiurauit raguel tobiam:
ut duas ebdomadas moraret̃
apud eum. De omībꝫ aūt que
poſſidebat raguel dimidiā par-
tem dedit tobie: et fecit hāc ſcrip-
turam: ut pars dimidia q̄ ſup-
erat. Poſt obitū eorꝫ tobie do-
mino deueniret. VIIII

Tunc vocauit tobias āge-
lum ad ſe. quē quidē ho-
minem exiſtimabat: dixitq; ei.
Azaria frater: peto ut auſcultes
verba mea. Si me ipſm tradā
tibi ſeruū: non ero cōdignꝰ p-
uidentie tue. Tamē obſecro te
ut aſſumas tibi aīalia ſiue ſer-
uicia: et vadas ad gabelū ĩ ra-
ges ciuitatem medorꝫ. reddaſq;
ei cirographū ſuū: et recipias
ab eo pecuniā. ⁊ roges eū veni-
re ad nuptias meas. Scis enī
ipſe quī numerat pater meꝰ di-
es: ⁊ ſi tardauero una die plus
cōtriſtat' aīa eius. Et certe vides
quō adiurauit me raguel: cuiꝰ
adiuramētū ſpernere non poſ-
ſū. Tūc raphael aſſumēs qua-
tuor ex ſeruis raguelis ⁊ duos
camelos. in rages ciuitatē me-
dorꝫ pregit: et inueniens gabelū
dedit ei cirographū ſuū: et rece-

pit omnē pecuniā. Indicauitqꝫ
ei de tobia filio tobie oīa q̄ geſ-
ta ſūt: fecitqꝫ eū ſecū uenire ad
nuptias. Cūqꝫ ingreſſus eſſet
domū raguelis: inuenit tobi-
am diſcūbētē: et exiliēs oſcula-
ti ſunt ſe inuicē. Et fleuit gabe-
lus: benedixitqꝫ deū et dixit. Be-
nedicat te deus iſrl̄: q̄a filius es
optimi uiri et iuſti ⁊ timētis de-
um. ⁊ elimoſinas facientis. Et
dicatur benedictio ſuper uxorē
tuā. Et ſup parētes uſtros: et ui-
deatis filios uſtros et filios filio-
rum uſtroꝝ uſqꝫ in terciā ⁊ quar-
tam generationē: et ſit ſemen
uſtrm benedictū a deo iſrl̄. q̄ reg-
nat in ſecula ſeculoꝝ. Cūqꝫ oēs
dixiſſent amē: acceſſerūt ad cō-
uiuiū. Sed et cum timore dñi
nuptiaꝝ conuiuiū exercebant.

X

Cum uero moras
faceret tobias cauſa nup-
tiaꝝ: ſolicitus erat pater eiꝯ to-
bias dicens. Putas quare mo-
ratur filiꝯ meus: aut quare de-
tentus eſt ibi: Putas ne gabe-
lus mortuꝯ eſt. et nemo reddit
illi pecuniā: Cepit aūt ꝯtriſtari
nimis ipſe ⁊ anna uxor eius cū
eo: ⁊ ceperūt ambo ſimul flere:
eo q̄ die ſtatuto minime reuer-
teretur filius eorū ad eos. Fle-
bat igitur mater eius irremedi-
abilibꝫ lacrimis: atqꝫ dicebat.
Heu me fili mi ut quid te miſi-
mus peregrinari. lumē oculoꝝ
nroꝝ. baculum ſenectutis nrē:
ſolatiū uite noſtre. ſpem poſte-
ritatis nrē: Oīa ſimul ī te uno
habētes: te nō debuimꝯ dimit-
tere a nobis. Cui dicebat tobias.
Tace et noli turbari: ſanus eſt
filius noſter: ſatis fidelis ē uir
ille cū quo miſimꝯ eū. Illa aūt
nullo modo cōſolari poterat
ſed cottidie exiliens circūſpicie-
bat. et circuibat uias oēs ꝑ q̄s
ſpes remeādi uidebatᷣ: ut ꝓcul
uideret eum ſi fieri poſſet uenie-
tē. At uero raguel dicebat ad
generū ſuū. Mane hic: ⁊ ego mit-
tam nunciū ſalutis de te ad to-
biam prēm tuum. Cui tobias
ait. Ego noui quia pater meus
et mater mea modo dies cōpu-
tant: et cruciatᷣ ſpiritus eoꝝ in
ipſis. Cumqꝫ uerbis multis roga-
ret raguel tobiam. et ille eum
nulla racōne uellet audire: tra-
didit ei ſarā ⁊ dimidiā partem
omīs ſubſtātie ſue. in pueris.
in puellis. in pecudibꝫ. ī came-
lis. ⁊ in uaccis ⁊ pecunia multa:
et ſaluū atqꝫ gaudētem dimiſit
eum a ſe dicēs. Angelus dñi
ſanctus ſit in itinere uſtro: ꝑdu-
catqꝫ uos ī columes. ⁊ īueniatis
omīa recte circa parētes uſtros:
et uideant oculi mei filios uſtros
priuſq̄ꝫ moriar. Et apprehēdē-
tes parētes filiam ſuā. oſculati

ſunt eā · ⁊ dimiſerūt ire: monē-
tes eā honorare ſocerōs · dilige-
re maritū · regere familiā · gub-
nare domū: ⁊ ſeipam irreprehē-
ſibilem exhibere · XI

Cumq; reuerterētur: puene-
runt ad charrā q̄ ē in me-
dio itinere cōtra niniuē undeci-
mo die · Dixitq; angelꝰ · Tobia
frater: ſcis quēadmodū reliqſ-
ti prēm tuum · Si placet itaq;
tibi p̄cedamus: et lento gradu
inſequātur iter nr̄m familie ſi-
mul cū cōiuge tua · et cum aīa-
lib; · Cūq; hī placuiſſet ut irent:
dixit raphael ad tobiā · Tolle
tecū ex felle piſcis · erit eīm neceſ-
ſariū · Tulit itaq; tobias ex fel-
le illo: et abierūt · Anna aūt ſe-
debat ſecus viā cottidie in ſup-
cilio mōtis: unde reſpicere pote-
rat de lōginquo · Et dum ex eo-
dem loco ſpecularet aduentū ei-
us: vidit a longe et illico cogno-
uit venientem filiū ſuū · currens
q; nūciauit viro ſuo dicens · Ec-
ce venit filius tuus · Dixitq; ra-
phael ad tobiā · At ubi introie-
ris domū tuā · ſtatim adora do-
minū deū tuū: et gratias agenſ
ei · accede ad prēm tuū: et oſcu-
lare eū · Statimq; lini ſup ocu-
los eius ex felle iſto piſcis · qḋ
portas tecū · Scias eīm qm̄ api-
entur mox oculi eius: ⁊ videbit
pater tuus lumen celi: et in aſ-
pectu tuo gaudebit · Tunc p̄cu-
currit canis qui ſimul fuerat in
via: ⁊ quaſi nuncius adueniēſ
blandimento ſue caude gaude-
bat · Et exurgens cecꝰ pater · ce-
pit offendens pedib; currere: et
data manu puero · occurrit in
obuiam filio ſuo · Et ſuſcipiēs
oſculatus ē eū cum uxore ſua:
et ceperūt flere pre gaudio · Cū-
q; adoraſſent deū · et gracias e-
giſſent: cōſederūt · Tunc ſumēſ
tobias de felle piſcis · linuit o-
culos prīs ſuo · Et ſuſtinuit qua-
ſi dimidiā fere horā · et cepit al-
bugo ex oculis eiꝰ quaſi mem-
branū oui egredi · Quā app̄hen-
dens tobias traxit ab oclis eiꝰ:
ſtatimq; viſum recepit · Et glo-
rificabāt deū ipē videlicet et ux-
or eius: et omēs qui ſciebāt eū ·
Dicebatq; tobias · Benedico te
dn̄e deus iſrahel q̄a tu caſtigaſ-
ti me: et tu ſaluaſti me · Et ecce
ego video tobiā filiū meū · In-
greſſa eſt etiā poſt ſeptē dies ſa-
ra uxor filij eiꝰ · ⁊ oīs familia ⁊
pecora ſana: et cameli · et pecu-
nia multa uxoris: ſed ⁊ illa pe-
cunia quā receperat a gabelo ·
Et narrauit parentibus ſuis
omīa beneficia dei: que feciſſet
circa eū per hoīem qui eū duxe-
rat · Veneruntq; achior ⁊ nabath
cōſobrini tobie · gaudentes ad
tobiā: et cōgratulātes ei de om-

nib; bonis q̄ circa illū oſtende-
rat deus. Et p̄ ſeptem dies epu-
lantes om̄es cum gaudio ma-
gno gauiſi ſunt. XII

Tunc vocauit ad ſe tobias
filiū ſuū: dixitq; ei. Quid
poſſum⁹ dare viro iſti ſācto q̄
venit tecū? Reſpōdens tobias.
dixit p̄ri ſuo. Pater quā merce-
dem dabimus ei: aut q̄d dignū
poterit eſſe beneficijs eius? Me
duxit et reduxit ſanū: pecuniā
a gabelo ip̄e recepit: vxorē ip̄e
me habere fecit. ⁊ demoniū ab
ea ip̄e cōpeſcuit: gaudiū paren-
tibus eius fecit: me ip̄m a deuo-
ratione piſcis eripuit: te quoq;
videre fecit lumen celi: et bonis
omnibus per eū repleti ſumus.
Quid illi ad hec poterim⁹ dig-
nū dare? Sed peto te pater mi:
ut roges eum. ſi forte dignabi-
tur medietatē de omīb; que al-
lata ſunt ſibi aſſumere. Et vo-
cantes eum pater ſcilicet ⁊ fili⁹.
tulerūt eum in partē: ⁊ rogare
ceperūt ut dignaret dimidiam
partē om̄i q̄ attulerāt acceptā
habere. Tunc dixit eis occulte.
Benedicite deū celi: et corā om̄i-
bus viuētib; ꝯfitemī ei: q̄a fecit
vobiſcū miſ'cordiam ſuā. Etenī
ſacramentū regis abſcondere
bonū eſt: opa aūt dei reuelare
⁊ cōfiteri honorificū eſt. Bona
eſt oratio cum ieiunio et elemo-
ſina. magis q̄; theſauros auri
recōdere: qm̄ elemoſina a mor-
te liberat. ⁊ ip̄a ē q̄ purgat pec-
cata: et facit inuenire vitā eter-
nam. Qui aūt faciūt peccatū ⁊
iniq̄tatem: hoſtes ſunt aīe ſue.
Manifeſto ergo vobis veritatē:
et nō abſcondā a vobis occul-
tum ſermonē. Quādo orabas
cū lacrimis et ſepeliebas mor-
tuos. et derelinquebas prandi-
um tuū et mortuos abſconde-
bas p̄ diē in domo tua ⁊ nocte
ſepeliebas eos: ego obtuli ora-
tionē tuā dn̄o. Et quia accept⁹
eras deo: neceſſe fuit ut tempta-
tio ꝓbaret te. Et nūc miſit me
domin⁹ ut curarē te: et ſaram
vxorē filij tui a demonio libera-
rem. Ego enī ſum raphael an-
gelus: vn⁹ ex ſeptem q̄ aſtam⁹
ante dn̄m. Cūq; hec audiſſent
turbati ſunt: ⁊ trementes ceci-
derūt ſup t̄ram in faciē ſuā. Dix-
itq; eis angelus. Pax vobis.
Nolite timere. Etenī cum eſſem
vobiſcū p̄ voluntatē dei. ip̄m
benedicite et cātate illi: videbar
quidē vobiſcū mādūcare. et bi-
bere: ſed ego cibo inuiſibili et
potu qui ab homīb; videri nō
poteſt vtor. Tempus ē ergo ut
reuertar ad eum qui me miſit:
vos autē benedicite deū: et nar-
rate omnia mirabilia eius. Et
cum hec dixiſſet. ab aſpectu eo-

rum ablatus ē: et vltra eū vide-
re nō potuerūt. Tunc proſtra-
ti per horas tres in faciē: bene-
dixerūt deū. Et exſurgētes: nar-
rauerūt omīa mirabilia eius.

Aperiens aūt XIII
tobias ſenior os ſuū: be-
nedixit dūm et dixit. Magnꝰ
es dūe in eternū: et ī omīa ſecu-
la regnū tuū: quī tu flagellas
et ſaluas: deducis ad inferos ⁊
reducis: et non eſt qui effugiat
manū tuā. Confitemīi dūo filij
iſrł: ⁊ ī cōſpectu gentiū laudate
eum: quī ideo diſperſit vos īnt
gentes que ignorāt eū: ut vos
enarretis mirabilia eius: et fa-
ciatis ſcire eos quia nō eſt aliꝰ
deus omnipotēs preter eū. Ipſe
caſtigauit nos ꝓpter iniq̄tates
nr̄as: ⁊ ipſe ſaluabit nos ꝓpter
miſcdiā ſuā. Aſpicite ergo que
fecit vobiſcū: et cum timore et
tremore: cōfitemini illi: regēq̄
ſeculoꝝ exaltate in opibꝫ vr̄is.
Ego aūt ī t̄ra captiuitatis mee
cōfitebor illi: quī oſtendit ma-
ieſtatem ſuā in gentem peccatri-
cem. Conuertimini itaqꝫ pecca-
tores: ⁊ facite iuſticiā corā dūo:
credentes quod faciat vobiſcū
miſcdiam ſuā. Ego aūt et aīa
mea in eo letabimur. Benedici-
te dūo omēs electi eius: ⁊ agite
dies leticie: ⁊ cōfitemī illi. Jheru-
ſalem ciuitas dei: caſtigauit te
dūs in opibus manuū tuarū.
Confitere dūo in bonis tuis et
benedic deum ſeculoꝝ: ut reedi-
ficet in te tabernaculū ſuū: ⁊ re-
uocet ad te omēs captiuos: et
gaudeas in omīa ſecula ſeculo-
rum. Luce ſplēdida fulgebis: ⁊
omēs fines t̄re adorabunt te.
Nationes ex longinquo ad te
venient: et munera deferentes
adorabūt in te dūm: ⁊ t̄ram tu-
am ī ſanctificationē habebūt.
Nomē enī magnū inuocabūt
in te. Maledicti erunt q̄ cōtemp-
ſerint te: et cōdemnati erūt oēs
q̄ blaſphemauerīt te: benedicti
qꝫ erunt qui edificauerīt te. Tu
aūt letaberis in filijs tuis: quī
omēs benedicētur: et cōgrega-
buntur ad dūm. Beati omnes
qui diligūt te: et qui gaudēt ſu-
p pace tua. Anima mea bene-
dic dūm: quī liberauit ihr̄lm ci-
uitatē ſuā. Beatus ero: ſi fuerint
reliquie ſeminis mei ad viden-
dam claritatē ihr̄lm. Porte ihe-
ruſalem ex ſaphiro et ſmarag-
do edificabūtur: ⁊ ex lapide pre-
cioſo omīs circuitus muroꝝ ei-
us. Ex lapide candido et mūdo
omēs platee eius ſternētur: ⁊ p
vicos eius alleluia cātabitur.
Benedictus dūs qui exaltauit
eam: ut ſit regnū eius in ſecl'a
ſeculorū ſup eam amen.

Et conſummati XIIII

ſunt ſermones tobie. Et poſtq̄
illuminatus ē tobias vixit ānis
q̄dragītaduob;: et vidit filios
nepotū ſuoꝝ. Completis itaq;
ānis cētūduob;. ſepultus eſt
honorifice in niniue. Quīqua-
ginta namq; et ſex annorū lu-
men oculoꝝ amiſit: ſexagena-
riꝰ vero recepit. Reliquū vero
vite ſue in gaudio fuit: et cum
bono pfectu timoris dei pexit
ī pace. In hora aūt mortis ſu-
e vocauit ad ſe tobiā filiū ſuū
et ſeptem iuuenes filios ſuos
nepotes: dixitq; eis. Prope erit
interitus niniue. Nō eni excidit
verbū dnī: ⁊ frēs nři qui diſper-
ſi ſunt a t̄ra iſrl̄. reuertētur ad
eam. Omīs aūt t̄ra eiꝰ deſerta
replebit̄: et domus dei que in ea
incenſa eſt iterū reedificabitur:
ibiq; reuertentur omēs timētes
deū. Et relinquēt gentes ydola
ſua: et venient in iħrlm. et inha-
bitabūt in ea: et gaudebūt ī ea
omēs reges t̄re. adorātes regē
iſrl̄. Audite ergo filij mei. prēm
vrm. Seruite dn̄o in veritate:
et inq̄rite ut faciatis que placi-
ta ſunt illi. Et filijs vr̄is mādā-
te. ut faciāt iuſticias ⁊ elemoſi-
nas: ut ſint memores dei: ⁊ be-
nedicāt eū in omī tempe in ve-
ritate ⁊ ī tota virtute ſua. Nūc
ergo filij audite me: et nolite
manere hic. Sed q̄cunq; die ſe-
pelieritis mrēm vrām. circa me
in uno ſepulcro: ex eo dirigite
greſſus vros ut exeatis hic. Vi-
deo eni: quia iniq̄tas eius finē
dabit ei. Factū eſt aūt poſt obi-
tum mr̄is ſue. tobias abſceſſit
ex niniue cū uxore ſua et filijs:
et filioꝝ filijs: ⁊ reuerſus eſt ad
ſoceros ſuos. Inuenitq; eos in
colomes in ſenectute bona: et
curā eorū geſſit. Et ipe clauſit
oculos eorū: et oēm hereditatē
domus raguelis ipe pcepit: vi-
ditq; q̄ntam generationē filios
filioꝝ ſuoꝝ. Et cōpletis annis
nonaginta et nouē in timore
dnī: cum gaudio ſepelierūt eū.
Omīs aūt cognatio eiꝰ et oīs
generatio eius in bona vita et
in ſancta conuſacione pman-
ſit: ita ut accepti eſſent tam deo
q̄ homīb;: et cūctis habitātib;
t̄ram. Explicit liber thobie.

Incipit plogus in libꝝ judith.

Apud hebreos liber
iudith inter agio-
grapha legit̄: cuiꝰ
auctoritas ad ro-
borāda illa que in cōtentionē
veniūt minus ydonea iudicat̄.
Chaldeo tamē ſermone cōſcrip-
tus. inter hiſtorias cōputatur.
Sed q̄a hūc libꝝ ſinodus nice-
na. in numero ſanctaꝝ ſcriptu-
rarū legit̄ cōputaſſe. acquieui
poſtulationi vr̄e. immo exacti-

dui: ⁊ ſepoſitis occupationib;
quib; vehemēter artabar · huic
unā lucubratiunculā dedi: ma-
gis ſenſū e ſenſu quā ex ūbo ū-
bū trāſferēs · Multorū codicū va-
rietatē vicioſiſſimā amputaui:
ſola ea q̄ intelligētia integra in
verbis chaldeis inuenire potui-
latinis expreſſi · Accipite iudith
viduā caſtitatis exemplū: et tri-
umphali laude perpetuis eam
p̄conijs declarate · Hāc eīn non
ſolū feminis ſed et viris imita-
bilem dedit: q̄ caſtitatis eius re-
munerator virtutē talē tribuit-
ut inuictū oīb; hoīb; vince-
ret: inſuperabilem ſuperaret ·

Incipit liber Judith capitm .j.

Arphaxat itaq;
rex medoꝝ ſb-
iugauerat mul-
tas gētes impe-
rio ſuo: et ipſe
edificauit ciui-
tatem potētiſſimā quam appel-
lauit egbatanis · Ex lapidibus
quadratis et ſectis fecit muros
eius: in altitudine cubitoꝝ ſep-
tuaginta · ⁊ in latitudine cubito-
rum triginta: turres vero eius
poſuit in altitudine cubitorū cē-
tum · Per quadrū vero earū · la-
tus utrūq; vicenoꝝ pedū ſpaci-
o tendebat: poſuitq; portas ei-
us in altitudine turriū · Et glo-
riabatur quaſi potens in potē-
tia exercitus ſui: ⁊ in gloria qua-
drigaꝝ ſuaꝝ · Anno igitur duo-
decimo regni ſui · nabuchodono-
ſor rex aſſirioꝝ qui regnabat in
niniue ciuitate magna pugna-
uit cōtra arphaxat: ⁊ obtinuit
eum in campo magno qui ap-
pellatur ragau · circa eufraten
et tigrin · et iadaſon in campo
erioch regis elicoꝝ · Tūc exalta-
tū eſt regnū nabuchodonoſor:
et cor eius eleuatū eſt · Et miſit
ad oēs qui habitabāt in cili-
cia · ⁊ damaſco · ⁊ libano · ⁊ ad
gentes que ſunt in carmelo et
cedar · et inhabitantes galileā ·
in campo magno eſdrelon: et
ad oēs qui erāt in ſamaria ·
⁊ trās flumē iordanem · uſq; ihe-
ruſalē · et oēm terram ieſſe · quo-
uſq; perueniatur ad montes ethi-
opie · Ad hos oēs miſit nun-
cios nabuchodonoſor · rex aſſi-
rioꝝ: qui oēs uno animo cō-
tra dixerūt · et remiſerūt eos va-
cuos: ac ſine honore abiecerunt ·
Tunc indignatus nabuchodo-
noſor rex ad oēm terram illam ·
iurauit per regnū ⁊ tronū ſuū:
q̄ defenderet ſe de omnib; his ·

Anno tercio decimo .ii.
nabuchodonoſor regis ·
viceſima et ſcda die menſis pri-
mi · factū eſt verbū in domo na-
buchodonoſor regis aſſirioꝝ:
ut defenderet ſe · Vocauitq; oēs

maiores omneſq; duces bella-
tores ſuos: et habuit cum eis
miſteriū cōſilij ſui. Dixitq; cogi-
tationē ſuā in eo eſſe: ut oēm t̄-
ram ſuo ſubiugaret imperio.
Qđ dictū cū placuiſſet oībꝫ:
vocauit nabuchodonoſor rex
holofernē ꝑncipem militie ſue:
⁊ dixit ei. Egredere adūſū omē
regnū occidētis: ⁊ contra eos p̄-
cipue qui cōtempſerūt imperi-
um meū. Nō parcet oculus tu-
us ulli regno: omnēq; urbem
munitam ſubiugabis michi.
Tūc holofernes vocauit duces
⁊ magiſtratus virtutis aſſirio-
rum: et dinumerauit viros in
expeditione ſicut p̄cepit ei rex.
centūuiginti milia peditū pug-
natorū. et equites ſagittarios
duodecim milia. Omēq; expe-
ditionem ſuā fecit p̄ire in mul-
titudine inumerabiliū camelo-
rum. cum hiis que exercitibus
ſufficeret copioſe: boum quoq;
armenta. gregeſq; ouiū. quo-
rum nō erat numerus. Frumē-
tum ex omī ſiria in tranſitu ſu-
o parari ꝯſtituit. Aurū vero ⁊
argētū de domo regis aſſump-
ſit multū nimis. Et ꝓfectus eſt
ipſe et omīs exercitus cum qua-
drigis et equitibꝫ ⁊ ſagittariis:
q̄ cooperuerūt faciē t̄re ſicut lo-
cuſte. Cumq; ptranſiſſet fines
aſſiriorū veīt ad magnos mō-
tes ange qui ſunt a ſiniſtro cili-
cie: aſcenditq; omīa caſtella eo-
rum: et obtinuit oēm munitio-
nem. Effregit autē ciuitatē opi-
natiſſimā melothi: predauitq;
omēs filios tharſis. et filios yſ-
mahel qui erāt cōtra faciē deſer-
ti. et ad auſtrū t̄re celeon. Et trā-
ſiuit eufraten. et venit in meſo-
potamiā: ⁊ fregit omēs ciuita-
tes excelſas que erant ibi a tor-
rente mambre uſquequo perue-
niatur ad mare: et occupauit
terminos eius a cilicia uſq; ad
fines iaphet. q̄ ſunt ad auſtrū.
Adduxitq; oēs filios madian.
⁊ predauit omnē locupletatio-
nem eoꝝ: omeſq; reſiſtētes ſibi
occidit in ore gladii. Et poſt hec
deſcendit in campos damaſci i
diebꝫ meſſis ⁊ ſuccendit omnia
ſata: omeſq; arbores ⁊ vineas
fecit incidi: et cecidit timor illiꝰ
ſup omēs inhabitātes terram.

III

Tunc miſerūt
legatos ſuos uniuerſaꝝ
urbiū ac ꝓuinciaꝝ reges ac prin-
cipes ſirie. ſcilicet et meſopota-
mie. et ſirie ſobal. et libie. atq;
cilicie: qui venientes ad holofer-
nem dixerūt. Deſinat indigna-
tio tua circa nos. Meliꝰ eſt enī
ut viuētes ſeruiamꝰ nabucho-
donoſor regi magno. et ſubdi-
ti ſimus tibi: q̄ȝ morientes cū
interitu nr̄o ipſi ſeruitutis noſ-

te damna patiamur·Omnis
ciuitas noſtra omniſqꝫ poſſeſſi=
o· om̄es colles et mõtes· et cã=
pi· et armenta bouũ· gregeſqꝫ o=
uium· et caprarũ equorũqꝫ ca=
meloꝝ ⁊ vniũſe facultates nr̄e
atqꝫ familie ĩ cõſpectu tuo ſũt·
Sint om̄ia ſub lege tua· Nos
etiã et filij nr̄i· ſerui tui ſumus·
Veni nobis pacificus dñs: et
utere ſeruitio nr̄o ſicut placue=
rit tibi· Tunc deſcendit de mon=
tibus cum equitibꝫ· in virtute
magna: ⁊ obtinuit omnẽ ciui=
tatem· et omnẽ inhabitãtẽ ter=
ram· De vniũſis aũt vrbibꝫ aſ=
ſumpſit ſibi auxiliarios viros
fortes et electos ad bellũ· Tan=
tuſqꝫ metus ꝓuinciis illis incu=
buit: ut vniũſaꝝ vrbiũ habita=
tores pͥncipes ⁊ honorati ſimꝉ
cũ ꝑplis exirẽt in obuiã veniẽti·
excipiẽtes eũ cum coronis ⁊ lã=
padibꝫ: ducẽtes choros in tim=
panis ⁊ tibijs· Nec iſta tamen
facientes· ferocitatẽ eius pecto=
ris mitigare potuerũt· Nam ⁊
ciuitates eoꝝ deſtruxit: et lucos
eoꝝ excidit· Preceperat eñi illi
nabuchodonoſor rex· ut om̄es
deos tre exterminaret: videlicet ut
ipſe ſolus diceretur deus ab hijs
nationibꝫ que potuiſſent holo=
fernis potentia ſubiugari· Per=
trãſiens ãt ſiriam ſobal et om=
nem appamiã· om̄emqꝫ meſo=
potamiam· venit ad ydumeos
in terra gabaa: accepitqꝫ ciuita
tes eoꝝ· et ſedit ibi per triginta
dies: in q̃bus diebꝫ adunari ꝑ
cepit vniũſum exercitũ virtutis

IIII

Tunc audi= ſue·
entes hec filij iſrahel q̃ ha
bitabãt t̃ram iude: timuerunt
valde a facie eius· Tremor etiã
et horror ĩuaſit ſenſus eoꝝ: ne
hoc faceret ihr̄lm ⁊ templo dñi:
qd̄ fecerat ceteris ciuitatibꝫ ⁊ tẽ=
plis eaꝝ· Et miſerũt in om̄em ſa=
mariã ꝑ circuitũ uſqꝫ iherico:
⁊ p̄occupauerũt om̄es vertices
montiũ· Et muris circũdederũt
vicos ſuos: et cõgregauerunt
frumẽta in p̄paratõnẽ pugne·
Sacerdos etiã eliachim ſcripſit
ad vniũſos qui erãt ꝯtra eſdre=
lon· que eſt cõtra faciẽ campi
magni iuxta dotaim: ⁊ vniuer=
ſis per quos vie tranſitus eſſe
poterat: ut obtinerent aſcenſus
montiũ per quos via eſſe pote=
rat ad ihr̄lm: et illic cuſtodirẽt
vbi anguſtũ iter eſſe poterat
inter mõtes· Et fecerũt filij iſrl̄:
ſcd̄m qd̄ cõſtituerat eis ſacdos
dñi eliachim· Et clamauit om̄s
pp̄ls ad dñm inſtãtia magna:
et humiliauerũt aĩas ſuas in
ieiunijs· ipi ⁊ mulieres eoꝝ· Et
induerũt ſe ſacerdotes cilicijs:
et infantes proſtrauerũt cõtra
faciem templi dñi: ⁊ altare dñi

operuerūt cilicio · Et clamaue-
rūt ad dn̄m deū iſrahel vnani-
miter: ne darētur in predā infā-
tes eoꝝ · et vxores eoꝝ in diuiſi-
onem · et ciuitates eoꝝ in exter-
miniū · et ſancta eorū in pollu-
tionē: ⁊ fierēt in obprobriū gē-
tibȝ · Tūc eliachim ſacerdos do-
mini magnus circuiuit omnē
iſrl': allocutuſq; eſt eos dicens ·
Scitote qm̄ exaudiuit dn̄s pre-
ces vr̄as: ſi manētes pmanſe-
ritis in ieiunijs et orationibus
ī cōſpectu dn̄i · Memores eſtote
moyſi ſerui dn̄i: q̄ amalech cō-
fidentem in virtute ſua ⁊ in potē-
cia ſua et in exercitu ſuo · et ī cli-
peis ſuis et in curribȝ ſuis et in
equitibȝ ſuis nō ferro pugnan-
do: ſed precibȝ ſanctis orando
deiecit · Sic erūt vniūſi hoſtes iſ-
rahel: ſi pſeueraueritis in hoc
ope qd̄ cepiſtis · Ad hāc igitur
exhortationē eius depcātes do-
minū · pmanebāt ī cōſpectu do-
mini: ita ut etiā hij q̄ offerebāt
dn̄o olocauſta · precincti cilicijs
offerrent ſacrificia dn̄o: ⁊ erāt ci-
nis ſup capita eorū · Et ex toto
corde ſuo oīes orabāt deū: ut
viſitaret populū ſuū iſrahel ·

Nunciatūq; eſt V
holoferni pncipi militie
aſſirioꝝ q filij iſrl' ꝑpararent ſe
ad reſiſtendū · ac montiū itine-
ra cōcluſiſſent · ⁊ furore nimio
exarſit ī iracūdia magna · Vo-
cauitq; oīes pncipes moab ⁊
duces ammō: et dixit eis · Dici-
te michi q̄s ſit pp̄ls iſte q̄ mon-
tana obſidet: aut que ⁊ quales
et quāte ſint ciuitates eoꝝ: que
etiā ſit virtus eoꝝ aut q̄ ſit mul-
titudo eorū uel q̄s rex militie il-
loꝝ · Quare pre oībȝ q̄ habi-
tant in oriēte iſti ɔtempſerunt
me · et non exierūt in obuiā no-
bis: ut ſuſciperēt nos cū pace:
Tunc achior dux oīm filioꝝ a-
mon reſpōdēs ait · Si digneris
audire dn̄e · dicā veritatē in cō-
ſpectu tuo de pp̄lo iſto q̄ in mō-
tanis habitat: et nō egredietur
verbū falſum ex ore meo · Po-
pulus iſte ex progenie caldeoꝝ
eſt · Hic primū in meſopotami-
a habitauit: qm̄ noluerūt ſequi
deos patrū ſuoꝝ qui erāt in tra
caldeoꝝ · Deſerētes itaq; cerimo-
nias patrū ſuoꝝ que in multi-
tudine deoꝝ erāt vnū deum celi
coluerūt: qui et p̄cepit eis ut ex-
irent inde: ⁊ habitarēt in carrā ·
Cunq; operuiſſet oēm trām fa-
mes · deſcenderūt in egiptū: illic-
q; p quadringētos annos ſic
multiplicati ſunt: ut dinume-
rari eorū nō poſſet exercit⁹ · Cū-
q; grauaret eos rex egipti atq;
in edificationibȝ urbiū ſuaꝝ in
luto et latere ſubiugaſſet eos:
clamauerūt ad dn̄m ſuū ⁊ per-

cussit totã t̃ram egipti·plagis
variis·Cũq; eiecissent eos egip=
ti a se·et cessasset plaga ab eis
et iterũ eos vellent capere ⁊ ad
suũ seruitiũ reuocare·fugienti=
bus hiis deus celi mare aperuit:
ita ut hinc inde aque q̃si mur⁹
solidarentur:et isti pede sicco fũ=
dum maris pambulãdo tran=
sirent·In quo loco dum innu=
merabilis exercit⁹ egiptiorꝫ eos
psequeret̃·ita aquis coopertus
est:ut nõ remaneret vel vnus·
qui factum posteris nũciaret·
Egressis etiam mare rubrũ de=
serta syna mõtis occurrerũt:in
q̃bꝫ nunq̃ȝ homo habitare po=
tuit:vel fili⁹ hoĩs requieuit·Il=
lic fontes amari obdulcati sũt
eis ad bibendũ:⁊ p ãnos qua=
draginta annonã de celo cõse=
cuti sunt·Vbicũq; ingressi sũt:
sine arcu ⁊ sagitta·⁊ absq; scu=
to et gladio·deus eorũ pugna=
uit pro eis et vicit·Et nõ fuit q̃
insultaret pplo isti:nisi quãdo
recessit a cultu domini dei sui·
Quocienscũq; autẽ preter ipm
deum suũ alterũ coluerunt:da=
ti sunt in predã et in gladiũ et
ĩ obprobriũ·Quocienscũq; aũt
penituerunt se recessisse a cultu=
ra dei sui:dedit eis de⁹ celi virtu=
tem resistendi·Deniq; canane=
um regem et iebuseũ·⁊ pherese=
um et eueum et etheũ et amor=
reum et omnes potẽtes in esebõ
prostrauerunt:et t̃ras eorꝫ et ci=
uitates eorꝫ ipi possederũt:⁊ us=
q; dum nõ peccarẽt in ↄspectu
dei sui erãt cum illis bona·De=
us enĩ illorꝫ odit iniquitatem·
Nam et ante hos annos cum
recessissẽt a via quam dederat
illis deus ut ambularent in ea·
exterminati sunt p̃liis a mltis
nationibꝫ:⁊ plurimi eorꝫ capti=
ui abducti sunt in t̃ram nõ su=
am·Nup aũt reuersi ad dñm
deum suũ ex dispsione qua dis=
persi fuerant adunati sunt:et
ascenderũt mõtana hec omĩa:
et iterũ possident ihrlm·vbi sũt
sancta sanctorum·Nunc ergo
mi dñe perquire si ẽ aliqua ini=
quitas eorꝫ in cõspectu dei eorꝫ:
ascendam⁹ ad illos quõ tradẽs
tradet illos deus eorꝫ tibi:⁊ sub=
iugati erunt sub iugo potẽtie
tue·Si vero nõ est offensio po=
puli huĩ⁹ coram deo suo nõ po=
terimus resistere illis:quĩ deus
eorꝫ defendet illos:et erimus in
obprobriũ vniũse terre·Et fac=
tum ẽ cum cessasset loqui achi=
or verba hec:irati sunt omnes
magnates holofernis·et cogi=
tabant interficere eum dicẽtes
ad alterutrũ·Quis est iste q̃ fili=
os israhel posse dicat resistere
regi nabuchodonosor·et exerci=
tibꝫ eius:hoĩes inermes et sine

virtute· et ſine peritia artis pu
gne: Vt ergo agnoſcat achior
quĩ fallit nos· aſcendemus in
montana: ⁊ cum capti fuerint
potẽtes eoꝝ: tũc cũ eiſdẽ gladio
trãſuerberabit: ut ſciãt omnes
gentes quĩ nabuchodonoſor
deus terre eſt· et p̃ter ipm̃ alius
non eſt·

VI

Factum eſt aũt cum ceſſaſ-
ſent loqui: indignatꝰ holofer-
nes vehemẽter dixit ad achior·
Quõ ꝓphetaſti nobis dicẽs qꝫ
gẽs iſrahel defendatᷣ a deo ſuo:
ut oſtendã tibi quĩ non ẽ deus
niſi nabuchodonoſor: cum ꝑ-
cuſſerimꝰ eos oẽs ſicut hoiem
vnũ· tunc ⁊ ipe cũ illis aſſirio-
rum gladio interibis: ⁊ omĩs
iſrahel tecũ ꝑdicione diſperiet:
et ꝓbabis quĩ nabuchodono-
ſor dñs ſit vniũſe ẽre· Tuncqꝫ
gladius militie mee tranſiet ꝑ
latera tua: et ꝯfixus cades inter
vulneratos iſrahel: et nõ reſpi-
rabis ultra donec exterminerís
cum illis· Porro aũt ſi ꝓpheciã
tuam veram exiſtimas nõ con-
cidat vultus tuus: et pallor q̃
faciem tuã obtinet abſcedat a
te: ſi verba mea hec putas iple-
ri non poſſe· ut aũt noueris q̃
a ſimul cum illis hec experieris:
ecce ex hac hora illoꝝ ꝯſo ſoci
aberis: ut dũ dignas mei gla-
dij penas exceperint· ipe ſimul
ulcioni ſubiaceas· Tũc holofer-
nes p̃cepit ſeruis ſuis: ut com-
p̃hẽderẽt achior ⁊ ducerẽt eũ
in bethuliã: ⁊ traderent eum in
manus filiorũ iſrahel· Et acci-
pientes eum ſerui holofernis·
profecti ſunt ꝑ campeſtria: ſed
cum appropinquaſſent ad mõ-
tana· exierunt contra eos fun-
dibularij· Illi aũt diuertẽtes a
latere mõtis· ligauerũt achior
ad arborem manibꝫ ⁊ pedibꝫ:
et ſic vinctũ de reſtibꝫ dimiſerũt
eum: et reuerſi ſunt ad dñm ſu-
um· Porro filij iſrahel deſcen-
dentes de bethulia· venerũt ad
eum· Quem ſoluentes duxerũt
ad bethuliã: atqꝫ in mediũ ppli
illũ ſtatuentes ꝑcunctati ſunt·
q̃d rerũ eſſet qꝫ illũ vinctũ aſſi-
rij reliquiſſẽt· In diebꝫ illis erãt
illic p̃ncipes· ozias filius mich-
a de tribu ſimeõ: et charmi qui
et gothoniel· In medio itaqꝫ ſe-
nioꝝ et in cõſpectu oĩm achior
dixit omĩa que locutus fuerat
ab holoferne interrogatus: et q̃-
liter ꝑplus holofernis voluiſſet
propter hĩ verbũ interficere eũ:
et quẽadmodũ ipe holofernes
iratus iuſſerit eum iſrahelitis
hac de cauſa tradi: ut dum vin-
ceret filios iſrahel· tunc et ipm̃
achior diuerſis iubeat ſuppli-
cijs interire: ꝓpter hoc qꝫ dixiſſet·
deus celi defenſor eorũ eſt· Cumqꝫ

achioꝛ uniuerſa hec expoſuiſſet:
om̄is pp̄lus cecidit in faciē ado-
rātes dn̄m: et cōmuni lamēta-
tione et fletu unanimes preces
ſuas dn̄o effuderūt dicētes. Do-
mine deus celi ⁊ t̄re intuere ſupbiā
eorū et reſpice ad noſtrā humi-
litatē: ⁊ faciē ſanctoꝝ tuoꝝ attē-
de: et oſtende qm̄ nō derelinquis
p̄ſumētes de te: et p̄ſumētes de
ſe ⁊ de ſua virtute gloriātes hu-
milias. Finito itaq; fletu: et p
totū diē oratione pp̄loꝝ cōple-
ta: cōſolati ſunt achioꝛ dicētes.
Deus patrū nr̄oꝝ cui⁹ tu virtu-
tem p̄dicaſti. ip̄e tibi hāc dabit
viciſſitudinē: ut eoꝝ magis tu
interitū videas. Cum vero dn̄s
de⁹ noſter dederit hāc libertatē
ſeruis ſuis: ſit et tecū deus ī me-
dio nr̄i. ut ſicut placuerit tibi ita
cum tuis om̄ib; cōuerſeris no-
biſcum. Tunc ozias finito ↄſi-
lio ſuſcepit eum in domū ſuā:
et fecit cenā magnā. Et vocatis
om̄ib; p̄ſbiteris. ſimul expleto
ieiunio refecerūt. Poſtea vero
cōuocatus eſt om̄is pp̄lus: ⁊ p
totam noctē intra eccleſiā ora-
uerūt: petētes auxiliū a deo iſrl̄.

VII

Holofernes aūt
altera die p̄cepit exercitib;
ſuis: ut aſcēderēt ↄtra bethuliā.
Erant aūt pedites bellatoꝝ cē-
tūuiginti milia et equites vigi-
tiduo milia: preter preparatio-
nes viroꝝ illorū quos occupa-
uerat captiuitas: et adducti fu-
erant de ꝓuinciis et urbib; uni-
uerſe iuuentutis. Omnes para-
uerūt ſe pariter ad pugnā. cō-
tra filios iſrahel: ⁊ venerūt per
crepidinē mōtis uſq; ad apicē
q̄ reſpicit ſup dothaim a loco q̄
dicit̄ belma. uſq; ad chelmō q̄
eſt cōtra eſdrelon. Filij aūt iſrl̄
ut viderunt multitudinē illorū
proſtrauerūt ſe ſup t̄ram mit-
tentes cinerem ſup capita ſua:
unanimes orantes ut de⁹ iſra-
hel miſcdiam ſuā oſtenderet ſu-
p pp̄lm ſuū. Et aſſumentes ar-
ma ſua bellica. ſederunt per lo-
ca q̄ anguſti itineris tramitem
dirigūt inter mōtuoſa: et erāt
cuſtodiētes ea tota die ⁊ nocte.
Porro holofernes dum circuit
per gyrū repperit q᷒ fons qui
influebat aqueductum illoꝝ a
parte auſtrali extra ciuitatē di-
rigeret: et īcidi p̄cepit aqueduc-
tum illorū. Erāt tamē nō lōge
fōtes a muris ex quib; furtim
videbātur haurire aquā: ad re-
focillādū potius quā ad potā-
dum. Sed filij āmon ⁊ moab.
acceſſerūt ad holofernē dicētes.
Filij iſrahel nō in lancea nec ī
ſagitta confidūt: ſed mōtes de-
fendūt illos: et muniunt illos
colles in p̄cipicio cōſtituti. Vt
ergo ſine congreſſione pugne

poſſis ſupare eos pone cuſto-
des fonciū ut non hauriāt ex
eis: et ſine gladio interficies e-
os: uel certe fatigati tradēt ciui-
tatē ſuā quā putāt ī mōtibus
poſitam ſuperari nō poſſe. Et
placuerūt verba hec corā holo-
ferne ⁊ corā ſatellitib; ei⁹: et cō-
ſtituit ꝑ girū cētenarios per ſin-
gulos fōtes. Cumq; iſta cuſto-
dia per dies viginti fuiſſet exple-
ta. defecerūt ciſterne et collectio-
nes aquarū omnib; inhabitāti-
bus bethuliā: ita ut nō eſſet in-
tra ciuitatem unde ſaciarent̄ uel
una die: niſi ad menſurā daba-
tur ipſis aqua quotidie. Tūc
ad oziā ꝯgregati oēs viri femi-
neq; iuuenes ⁊ puuli. oēs ſimul
una voce dixerūt. Judicet de⁹ inter
nos ⁊ te: quā feciſti ī nos mala.
nolēs loqui pacifice cū aſſirijs:
et ꝓpter hoc vendidit nos deus ī
manib; eoꝝ. Et ideo nō eſt q̄ ad-
iuuet: cū ꝓſternamur ante ocu-
los eoꝝ in ſiti ⁊ ꝑdicione mag-
na. Et nūc cōgregate uniūſos
qui ī ciuitate ſūt: ut ſpōte trada-
mus nos omnes ipſo holofer-
nis. Melius ē eīn ut captiui be-
nedicam⁹ dūm viuētes: quam
moriamur ⁊ ſim⁹ obprobriū
omī carni: cū viderim⁹ uxores
noſtras ⁊ infātes noſtros mo-
ri āte oclos noſtros. Conteſta-
mur hodie celū et ſrā et deū pa-
trū noſtroꝝ q̄ ulciſcit̄ nos ſcdm
pctā noſtra. ut iā tradatis ciui-
tatem in manū milicie holofer-
nis: ut ſit finis noſter breuis ī
ore gladij: q̄ longior efficit̄ in
ariditate ſitis. Et cū hec dixiſſēt:
fact⁹ eſt fletus et ululat⁹ mag-
nus ī eccleſia omib;: ⁊ ꝑ multas
horas una voce clamauerunt
ad deū dicētes. Peccauim⁹ cū
pr̄ib; noſtris: iniuſte egimus:
iniq̄tatē fecim⁹. Tu q̄a pius es
miſerere noſtri. ⁊ ī tuo flagello
vindica iniq̄tates nr̄as: ⁊ noli
tradere cōfitētes te ipſo q̄ igno-
rat te: ut non dicāt int̄ gentes
ubi ē de⁹ eoꝝ. Et cum fatigati
hijs clamorib;. et hijs fletibus
laſſati ſiluiſſēt: exſurgēs ozias
infuſus lacrimis dixit. Equo a-
nimo eſtote frēs: et hos quinq;
dies expectam⁹ a dn̄o miſcdiā.
Forſitā eīn indignationē ſuā
abſcidet: et dat gloriā nomī ſu-
o. Si āt trāſactis q̄nq; dieb; nō
venerit adiutoriū: faciemus hec
verba que locuti eſtis. VIII
Et factū ē cū audiſſet hec ver-
ba iudith vidua. q̄ erat fi-
lia merari. filij ydo filij ioſeph
filij ozie filij elai filij iamnor. fi-
lij gedeon filij rafoim filij achi-
tob filij melchie filij enam filij
nathanie filij ſalathiel filij ſy-
meon filij ruben: et vir ei⁹ fuit
manaſſes: q̄ mortu⁹ eſt ī dieb;

meſſis ordeacee: inſtabat enim
ſup alligãtes manipulos ĩ cã-
po et venit eſtus ſup caput ei⁹:
et mortuus eſt in bethulia civi-
tate ſua ⁊ ſepultus eſt illic cum
prib; ſuis. Erat aũt iudith relic-
ta eius vidua iam annis trib;
et menſib; ſex. Et in ſupiorib;
dom⁹ ſue fecit ſibi ſecretũ cubi-
culum in quo cum puellis ſuiſ
clauſa morabat᷑: ⁊ habẽs ſup
lumbos ſuos cilicium. ieiuna-
bat omĩb; dieb; vite ſue: preter
ſabbata et neomenias. ⁊ feſta
domus iſrahel. Erat autem e-
leganti aſpectu nimis: cui vir
ſu⁹ reliquerat divitias multas
et familiã copioſam: ac poſſeſ-
ſiones armẽtis boum et gregi-
bus oviũ plenas. Et erat hec ĩ
omĩb; famoſiſſima. quoni-
am timebat dñm valde: nec erat
q̃ loqueret᷑ de illa verbũ malũ.
Hec itaq; cum audiſſet quoni-
am ozias ꝓmiſiſſet q᷑ tranſacto
q̃nto die traderet civitatẽ: miſit
ad pŕbiteros chabri et charmi.
Et venerũt ad illã: et dixit illis.
Quĩ eſt hoc verbũ in quo cõſen-
ſit ozias. ut tradat civitatẽ aſſi-
riis: ſi īt᷑ q̃nq; dies nõ venerit
vob̃ adiutoriũ? Et q̃ eſtis vos
q̃ temptatis dñm? Nõ ẽ iſte ſer-
mo qui miſ̃cordiam ꝓvocet: ſed
potius qui iram excitet. ⁊ furo-
rem accendat. Poſuiſtis vos
tempus miſerationis dñi: ⁊ in
arbitriũ vr̃m diem conſtituiſtiſ
ei. Sed q̃a patiẽs dñs ẽ. in hoc
ipõ peniteam⁹: et ĩ indulgẽtiã ei⁹
lacrimis poſtulem⁹. Nõ eñ q̃ſi
homo de⁹ ſic cõminabit᷑: neq;
ſicut filius hoĩs ad iracũdiã in-
flãmabit᷑. Et ideo humiliem⁹ il-
li aĩas nr̃as: ⁊ ĩ ſpiritu cõſtituti
hũiliato. ſeruiẽtes illi. dicam⁹
flẽtes dño. ut ſcd̃m voluntatẽ ſu-
ã ſic faciat nobiſcũ cito mĩam
ſuã: ut ſicut cõturbatũ ẽ cor nr̃m
in ſuperbia eoꝝ ita etiã de nr̃a
humilitate glorieniur: quĩ nõ
ſum⁹ ſecuti pc̃a patrũ nr̃oꝝ q̃
dereliq̃rũt deũ ſuũ. et adorave-
runt deos alienos: pro quo ſce-
lere dati ſunt in gladiũ. et ĩ ra-
pinam. et in cõfuſionẽ inimiciſ
ſuis. Nos autẽ alterũ deũ neſci-
mus preter ipm. Expectem⁹ hu-
miles cõſolationẽ ei⁹. et exqui-
ret ſanguinẽ nr̃m de afflictioni-
bus inimicoꝝ nr̃oꝝ: et humili-
abit om̃es gentes quecumq; in-
ſurgũt cõtra nos: et faciet illaſ
ſine honore dñs de⁹ noſter. Et
nũc frẽs quĩ vos q̃ eſtis pŕbite-
ri ĩ pplo dei. ⁊ ex vobis pendet a-
nima illoꝝ: ad eloquiũ veſtrũ
corda eoꝝ erigite: ut memores
ſint quia temptati ſunt patreſ
nr̃i. ut ꝓbarentur ſi vere colerẽt
deũ ſuũ. Memores eſſe debent
quõ pater noſter abrahã temp-

tatus eſt: et ꝑ multas tribulatio-
nes ꝓbatus dei amicus effect⁹
ē. Sic yſaac. ſic iacob. ſic moy-
ſes: ⁊ om̄es q̄ placuerūt deo. ꝑ
multas tribulationes trāſierūt
fideles. Illi aūt q̄ temptationes
nō ſuſceperūt cum timore dñi.
et in patientiā ſuam et impro-
periū murmurationis ſue cō-
tra dñm ꝓtulerūt: exterminati
ſunt ab exterminatore: et a ſer-
pētibȝ perierūt. Et nos ergo nō
ulciſcamur nos ꝓ hiis q̄ pati-
mur: ſed reputantes peccatis nr̄is
hec ipſa ſupplicia minora eſſe:
flagella dñi q̄ſi ſerui q̄ corripi-
mur ad emēdatōnē ⁊ nō ad ꝑ-
ditionem nr̄am eueniſſe creda-
mus. Et dixerunt illi ozias ⁊ p̄-
ſbiteri. Oīa q̄ locuta es uā ſūt:
⁊ nō eſt in ſermonibȝ tuis ulla
reprehēſio. Nūc ergo ora pro
nobis: qm̄ mulier ſancta es. ⁊
timēs deū. Et dixit illis iudith.
Sicut qd̄ potui loqui dei eſſe
cognoſcitis: ita qd̄ facere diſpo-
ſui ꝓbate ſi ex deo eſt. et orate
ut firmū faciat de⁹ ꝯſiliū meū.
Stabitis vos ad portam noc-
te iſta: ⁊ ego exeā cū abra mea:
et orate ut ſicut dixiſtis ī diebȝ
q̄nqȝ reſpiciat dñs pp̄lm ſuū iſ-
rahel. Vos aūt nolo ſcruteminī
actū meū: et uſqȝ dum renūciē
vobis. nil aliud fiat niſi orati-
o pro me ad dñm deū nr̄m. Et

dixit ad eā ozias p̄nceps iude.
Vade in pace: et dñs ſit tecū in
ultionē inimicorȝ nr̄orȝ. Et reu-
tentes abierunt. VIIII

Quibȝ aſcendētibȝ. iudith ī-
greſſa eſt oratoriū ſuū: ⁊
induēs ſe cilicio poſuit cinerē
ſup caput ſuū: et ꝓſternens ſe
dño clamabat ad dñm dicēs.
Dñe deus p̄ris mei ſymeō. qui
dediſti illi gladiū in defenſionē
alienigenarȝ qui violatores ex-
titerūt in coinq̄natione ſua. et
denudauerunt femur virginis
in cōfuſionē: et dediſti mulieres
illorȝ in predā. et filias illorȝ in
captiuitatē. et omnem predā in
diuiſionē ſeruis tuis q̄ zelaue-
runt zelū tuū: ſubueni queſo te
dñe de⁹ meus michi vidue. Tu
enī feciſti priora: et illa poſt il-
la cogitaſti: et hoc factū eſt. qd̄
ip̄e voluiſti. Om̄es enī vie tue
parate ſunt: et tua iudicia ī tu-
a ꝓuidētia poſuiſti. Reſpice caſ-
tra aſſiriorū nunc. ſicut tūc caſ-
tra egiptiorȝ videre dignat⁹ es:
quādo poſt ſeruos tuos arma-
ti currebāt. confidentes in qua-
drigis et in equitatu ſuo et in
multitudine bellatorȝ. Sed aſ-
pexiſti ſup caſtra eorȝ: ⁊ tenebre
fatigauerūt eos. tenuit pedes
eorȝ abiſſus: ⁊ aque operuerūt
eos. Sic fiāt ⁊ iſti dñe. qui cōfi-
dūt in multitudine ſua. ⁊ ī cur-

ribus ſuis· et in contis· ⁊ in ſa-
gittis ſuis· et in lanceis gloriā-
tur: et neſciunt quia tu ipſe es
deus noſter q̄ cōteris bella ab ī-
icio· ⁊ dn̄s nomē eſt tibi· Erige
brachiū tuū ſicut ab inicio: et
allide virtutē eoꝝ ī virtute tua·
Cadat virtus eorū in iracūdia
tua· q̄ ꝓmittūt ſe violare ſācta
tua: ⁊ polluere tabnaclm noīs
tui: et deicere gladio ſuo cornu
altaris tui· Fac dn̄e: ut gladio
proprio eius ſupbia ampute-
tur· Capiatur laqueo oculorū
ſuorū in me: et ꝑcuties eum ex
labijs caritatis mee· Da michi
in animo cōſtantiā ut contem-
nam illū: et virtutē: ut euertā
illum· Erit enī hoc memoriale
noīs tui: cum manus femine
deiecerit eum· Nō enī in multitu-
dine eſt virtus tua dn̄e: neq; in
equorum virib; volūtas tua·
Nec ſupbi ab inicio placuerūt
tibi: ſed humiliū ⁊ manſuetoꝝ
ſemper tibi placuit deprecatio·
Deus celoꝝ· creator aquaꝝ· et
dn̄s toti⁹ creature· Exaudi me
miſeram dep̄cantē: et de tua mi-
ſericordia p̄ſumentē· Memēto
dn̄e teſtamēti tui· et da verbū ī
ore meo· et in corde meo cōſiliū
corrobora: ut dom⁹ tua in ſanc-
tificatione tua ꝑmaneat: ⁊ oēs
gentes agnoſcant q̄a tu es de⁹
et non eſt alius p̄ter te· X

Factū eſt aūt cum ceſſaſſet
clamare ad dn̄m: ſurrex-
it de loco in quo iacuerat ꝓſtra
ta ad dn̄m· Vocauitq; abram
ſuam· ⁊ deſcendēs in domū ſuā·
abſtulit a ſe cilicium: ⁊ exuit ſe
veſtimentis viduitatis ſue· Et
lauit corpus ſuum· et vnxit ſe
mirro optimo: et diſcrimina
uit crinem capitis ſui· et impo-
ſuit mitrā ſup caput ſuū: et in-
duit ſe veſtimentis iocūditatis
ſue· Et induit ſādalia pedibus
ſuis: aſſūpſitq; dextraliola: ⁊ li
lia· ⁊ inaures ⁊ anulos: ⁊ omnib;
ornamētis ſuis ornauit ſe· Cui
etiā dn̄s ɔtulit ſplēdorē: qm̄ oīs
iſta cōpoſitio non ex libidine·
ſed ex virtute pendebat· Et ideo
dn̄s hanc in illā pulchritudinē
ampliauit: ut incōparabili de
core oīm oculis appareret· Im
poſuit itaq; abre ſue aſcopam
vini· et vas olei et polentā ⁊ la
pates· et panes et caſeū: ⁊ ꝓfec
ta eſt· Cumq; veniſſet ad portas
ciuitatatis: inuenerūt expectātē
oziam· ⁊ preſbiteros ciuitatis·
Qui cum vidiſſent eam: ſtupē-
tes mirati ſunt nimis pulchri-
tudinē eius· Nichil tamē interro-
gātes eam: dimiſerūt tranſire
dicentes· Deus patrū nroꝝ det
tibi gratiam: ⁊ omne conſilium
tui cordis ſua ūtute corroboret:
et glorietur ſup te ihrlm· ⁊ ſit no

men tuū in numero ſanctoꝝ ⁊
iuſtoꝝ. Et dixerunt hij qui illic
erāt. omēs una voce fiat fiat.
Judith vero orās dn̄m: trāſiuit
ꝑ portas. ipſa et abra ei⁹. Fac-
tum eſt aūt cū deſcenderet mōtē
circa ortū diei: occurrerūt ei ex-
ploratores aſſirioꝝ: et tenuerūt
eam dicentes. Unde venis: aut
quo vadis: Que reſpōdit. Fili-
a ſum hebreorū. Ideo ego fugi
a facie eoꝝ: qm̄ futuꝝ agnoui
q̄ dent̄ vobis in depredationē.
pro eo q̄ ɔtemnētes vos nolu-
erūt ultro tradere ſeipſos: ut īue-
nirent miſericordiam in conſpectu
veſtro. Hac de cauſa cogitaui
mecū dicens. Uadā ad faciem
ꝑncipis holofernis ut indicem
illi ſecreta illorū: et oſtendā illi
quo aditu poſſit obtinere eos:
ita ut nō cadat vir unus de ex-
ercitu eius. Et cū audiſſent viri
illi verba eius. cōſiderabāt faci-
em eius: et erat in oculis eorū
ſtupor: qm̄ pulchritudinē eiuſ
mirabant̄ nimis. Et dixerunt
ad eam. Cōſeruaſti aīam tuā:
eo q̄ tale repperiſti cōſiliū ut deſ-
cenderes ad dn̄m nr̄m. Hoc au-
tem ſcias: qm̄ cū ſteteris in con-
ſpectu eius bene tibi faciet: et e-
ris gratiſſima ī corde ei⁹. Dux-
eruntq; illā ad tabernaculū ho-
lofernis: nūciantes eam. Cūq;
intraſſet āte faciem ei⁹: ſtatim
capt⁹ eſt in ſuis oculis holofer-
nes. Dixeruntq; ad eum ſatelli-
tes eius. Quis cōtemnat ꝑplm
hebreoꝝ qui tam decoras muli-
eres habent: ut nō ꝑ hijs meri-
to pugnare ɔtra eos debeam⁹?
Videns itaq; iudith holofernē
ſedentē in conopeo qd̄ erat ex
purpura et auro. ⁊ ſmaragdo
⁊ lapidib; ꝑcioſis īextū: ⁊ cum
in faciem eius intendiſſet. ado-
rauit eum proſternēs ſe ſup ter-
ram: et eleuauerunt eam ſerui
holofernis iubente dn̄o ſuo.

XI

Tunc holofernes
dixit ei. Equo animo eſ-
to et noli pauere in corde tuo:
qm̄ ego nunquā nocui virū q̄
voluit ſeruire nabuchodono-
ſor regi. Populus aūt tuus ſi
non cōtempſiſſet me: non alle-
uaſſem lanceā meam ſup eū.
Nūc āt dic michi qua ex cauſa
receſſiſti ab illis: et placuit tibi
ut venires ad nos. Et dixit illi
iudith. Sume verba ācille tue:
qm̄ ſi ſecut⁹ fueris v̄ba ācille tue:
perfectā rem faciet dn̄s tecum.
Viuit enim nabuchodonoſor
rex terre. et viuit virtus eius q̄ ē
in te ad correptionē oīm aīarū
errantiū: qm̄ nō ſolū hoīes ſer-
uient illi per te: ſed ⁊ beſtie agri
obtemperant illi. Nunciat̄ enī
animi tui induſtria. vniuerſis
gentib;: et indicatū eſt omni ſe-

culo quō tu ſolus bonus et po-
tens es in omni regno eius: et
diſciplina tua omnibꝫ ꝓuinciiſ
predicat̃. Nec hĩ latet qḋ locut⁹
eſt achior: nec illud ignoratur
qḋ ei iuſſeris euenire. Conſtat
enĩ deũ noſtrũ ſic peccatis offen-
ſum: ut mãdauerit p ꝓphetas
ſuos ad pplm: q̄ tradat eũ p
peccatis ſuis. Et quõ ſciũt ſe of-
fendiſſe deũ ſuũ filij iſrahel: tre-
mor tuus ſup ipſos eſt. Inſup
etiam fames inuaſit eos: ⁊ ab
ariditate aque. iam inter mor-
tuos cõputant̃. Deniq; hoc or-
dinant. ut interficiant pecora
ſua et bibãt ſanguinẽ eorũ: et
ſancta dñi ſui que p̃cipit deus
nõ contingi. in frumẽto vino
et oleo. Hec cogitauerũt impē-
dere: et volũt conſumere. q̃ nec
manibꝫ deberẽt ɔtingere. Ergo
quõ hec faciũt: certũ eſt qḋ in p-
ditionẽ dabũtur. Qḋ ego ãcil-
la tua cognoſcẽs fugi ab illis:
et miſit me dñs hĩ ipa nũciare
tibi. Ego enĩ ancilla tua deũ co-
lo etiã nũc apud te: et exiet ãcil-
la tua. et orabo deũ: et dicet mi-
chi. quãdo eis reddat pctm ſuũ.
et veniẽs nũciabo tibi: ita ut e-
go adducã te p mediã ihrlm.
Et habebis omnem pplm iſrl' ſi-
cut oues q̃bus nõ ē paſtor. et
nõ latrabit uel vnus cõtra te:
quõ hec michi dicta ſunt p pro-
uidentiã dei. Et quõ iratus ē illiſ
de⁹: hec ipa miſſa ſum nũciare
tibi. Placuerũt aũt oĩa verba
hec corã holoferne ⁊ coram pu-
eris eius. et mirabant̃ ad ſapi-
entiã eius: ⁊ dicebãt alter ad al-
terum. Nõ eſt talis mulier ſup
terram in aſpectu. in pulchritu-
dine et in ſenſu verbor. Et dix-
it ad illam holofernes. Benefe-
cit deus qui miſit te ante pplm.
ut des illũ tu in manibus nr̃is.
Et quõ bona eſt ꝓmiſſo tua: ſi
fecerit michi hoc. deus tuus erit
et meus deus. et tu in domo na-
buchodonoſor magna eris: et
nomẽ tuum nominabitur in
uniuerſa terra.

XII

Tunc iuſſit eã introire vbi
repoſiti erãt theſauri ei⁹.
et iuſſit illic manere eam ⁊ con-
ſtituit qḋ daret̃ illi de conuiuio
ſuo. Cui reſpõdit iudith et dix-
it. Nũc non potero mãducare
ex hijs que michi p̃cipis tribui-
ne veniat ſup me offenſio. Ex
hijs aũt q̃ michi detuli mandu-
cabo. Cui holofernes ait. Si de-
fecerint tibi iſta que tecum detu-
liſti: qḋ faciem⁹ tibi? Et dixit iu-
dith. Viuit aĩa tua dñe meus.
quõ nõ expendet oĩa hĩ ancilla
tua: donec faciat de⁹ in manu
mea hec q̃ cogitaui. Et induxe-
runt illã ſerui ei⁹ in tabernacu-
lum. quo p̃ceperat: ⁊ petijt dũ

ītroiret ut daret̄ ei copia nocte·
et āte lucē egredi foras ad ora-
tionem· et dep̄candi dn̄m· Et p̄-
cepit cubiculariis suis ut sicut
placeret illi exiret ⁊ introiret ad
adorādum deū suū per triduū·
Et exibat noctib; ī vallē bethu-
lie: et baptisabat se in fonte a-
que· Et ut ascendebat· orabat
dominū deū israhel ut dirige-
ret viā eius ad liberationē po-
puli sui· Et introiēs munda ma-
nebat in tabernaculo· usq; dū
acciperet escam suā in vesperū·
Et factū est· quarta die· Holo-
fernes fecit cenam servis suis:
et dixit ad vagao eunuchum·
Vade et suade hebreā illam ut
spōte cōsentiat habitare mecū·
Fedū est enī apud assirios si fe-
mina irrideat virū agendo ut
immunis ab eo trāseat· Tunc
introivit vagao ad iudith et dix-
it· Non vereatur bona puella
introire ad dn̄m meū ut hono-
rificetur ante faciē eius: ⁊ man-
ducet cū eo et bibat vinū in io-
cunditate· Cui iudith respōdit·
Que ego sum ut cōtradicā dn̄o
meo: Omne qd̄ erit ante oculos
eius bonū et optimū faciam·
Quicquid āt illi placuerit hoc
michi erit optimū omnib; dieb;
vite mee· Et surrexit et ornavit
se vestimēto suo: ⁊ ingressa ste-
tit ante faciē eius· Cor āt holo-
fernis cōcussum est: erat enī ar-
dens in concupiscentia eius· Et
dixit ad eam holofernes· Bibe
nūc et accumbe in iocūditate:
qm̄ invenisti gratiā corā me· Et
dixit iudith· Bibā dn̄e: quoni-
am magnificata ē anima me-
a hodie pre omnib; dieb; meis·
Et accepit et manducavit et bi-
bit corā ipso ea que paraverat
illi ācilla ei⁹· Et iocūdus fact⁹
est holofernes ad eam: bibitq;
vinū multū nimis quantū nū-
quā biberat in vita sua· XIII
Et aūt sero factū est festina-
verūt servi illi⁹ ad hospi-
tia sua: ⁊ cōclusit vagao ostia
cubiculi et abiit· Erāt aūt oēs
fatigati a vino· Eratq; iudith
sola in cubiculo· Porro holo-
fernes iacebat in lecto nimia e-
brietate sopit⁹· Dixitq; iudith
puelle sue· ut staret foris ante
cubiculū et observaret· Stetit-
q; iudith āte lectū· orās cū lacri-
mis et labiorū motu ī silētio di-
cēs· Cōfirma me dn̄e deus isrł·
⁊ respice in hac hora ad opera
manuū mearū: ut sicut p̄misi-
sti ihr̄lm civitatē tuā erigas: ⁊ li-
qd̄ credens p te posse fieri cogi-
tavi p̄ficiā· Et cum hec dixisset:
accessit ad columnā q̄ erat ad ca-
put lectuli eius: et pugionē ei⁹
qui in ea ligatus pēdebat exsol-
vit· Cumq; evaginasset illū ap

pꝛehendit comam capitis eiꝰ ⁊
ait. Cōfirma me domine deus ī
hac hora. Et percuſſit bis in cer=
uicem eius. et abſcidit caput ei=
us: et abſtulit canopeū eius a
colūnis. ⁊ euoluit corpus eiuſ
truncū. Et poſt puſillū exiuit ⁊
tradidit caput holofernis ācil=
le ſue: ⁊ iuſſit ut mitteret illud ī
perā ſuā. Et exierunt due ſcđm
cōſuetudinē ſuā quaſi ad ora=
tionem. et trāſierūt caſtra: ⁊ gi=
rantes uallē uenerūt ad portā
ciuitatis. Et dixit iudith a lōge
cuſtodibꝫ murorꝫ. Aperite por=
tas quī nobiſcū ē deus: ꝙ fecit
uirtutem in iſrl̄. Et factū ē cum
audiſſent uiri uocem eiꝰ. uoca=
uerūt preſbiteros ciuitatis. Et
occurrerūt ad eam omēs. a mi=
nimo uſqꝫ ad maximū: quoni=
am ſperauerūt eam iam nō eſ=
ſe uenturā. Et accendētes lumi=
naria cōgirauerūt circa eā uni=
uerſi. Illa aūt aſcendēs ī eminē=
tiorē locum: iuſſit fieri ſilentiū.
Cūqꝫ omēs tacuiſſent: dixit iu=
dith. Laudate dñm deū nrm̄ ꝙ
nō deſeruit ſperātes ī ſe: et ī me
ancillā ſuā. adīpleuit miſcđiā
ſuā. quā ꝓmiſit domui iſrl̄: ⁊
no eoꝝ perire pro ſcelere. Omiſ
aūt ꝑuincia et civitas que no-
luerit ſolēnitatis hui9 eſſe par-
ticeps gladio et igne pereat: et
ſic deleatur ut nō ſolū homib;
ſed etiā invia beſtijs ſit in ſem-
piternū. ꝑ exemplo cōtemptuſ
et inobedientie. Explicit liber
heſter. Incipit prologus prim9
in librum Job. S.

Cogor per ſinguloſ
ſcripture divine li
bros adūſarioꝝ re-
ſpondere maledictis. q̄ interpre-
tationē meā reprehenſionē ſep
tuaginta inťpretū criminātur:
quaſi nō et apud grecos aqui-
la ſimmachus ꝛ theodociō. vel
verbū e verbo vel ſenſum e ſen-
ſu vel ex utroq; commixtum ꝛ
medie temperatū. genus tranſ-
lationis expreſſerint: et oīa ve-
teris inſtrumēti volumina ori-
genes obelis aſteriſciſq; diſtinx-
erit. quos vel additos vel theo-
docione ſumptos tranſlationi
antique inſeruit: probās deſu-
iſſe qđ additū eſt. Diſcāt igitur
obtrectatores mei recipere in to-
to qđ in partib; ſuſceperūt: aut
inťpretationē meā cum aſteriſ-
cis ſuis radere. Neq; enī fieri po-
teſt ut quos plura intermiſiſſe
ſuſceperit. nō eoſdē etiā in qui-
buſdā erraſſe fateātur: precipu-
e in iob: cui ſi ea que ſub aſteri-
ſcis addita ſūt ſubtraxeris pars
maxima decurtabiť: ꝛ hoc dum-
taxat apud grecos. Ceterum a-
pud latinos ante eam tranſla-
tionem quā ſub aſteriſcis ꝛ obe-
lis nuper edidim9. ſeptingenti
ferme aut octingenti verſus de-
ſunt: ut decurtatus et laceratuſ
corroſuſq; liber feditatē ſui pu-
blice legētib; prebeat. Hec aūt
trāſlatio nullū de veterib; ſequi
tur inťpretem: ſed ex ipō hebra-
ico arabicoq; ſermone et inter-
dum ſiro. nūc verba nunc ſen-
ſus. nunc ſimul utrūq; reſona-
bit. Obliquus enī apud hebre-
os totus liber fertur ꝛ lubric9.
et qđ greci rethores vocant ſce-
matis menos. dumq; aliud lo-
quitur aliud agit. Ut ſi velis ā-
guillā vel murenulā ſtrictis te-
nere manib;. quāto fortius ꝑſ-
ſeris tanto citius elabiť. Memi-
ni me ob īntelligentiā huius volu-
minis lidđū quendā ꝑceptorē.
qui apud hebreos ꝑmus habe-

ri putabať· nō paruis redemiſ-
ſe nūmis : cui⁹ doctrina an ali
quid ꝓfecerim neſcio· Hoc vnū
ſcio nō potuiſſe me interpretari·
niſi qđ ante intellexerā· A pnci-
pio itaqꝫ voluminis uſqꝫ ad
verba iob · apud hebreos ꝓſa
oratio eſt· Porro a verbis iob
in quibꝫ ait· pereat dies in qua
natus ſum· ⁊ nox in qua dictū
eſt cōceptus eſt homo· uſqꝫ ad
illū locū vbi ante finē volumiſ
ſcriptū eſt· idcirco ipē me repre-
hendo ⁊ ago penitentiā in fauil-
la ⁊ cinere· exametri verſus ſūt·
dactilo ſpōdeoqꝫ currētes: ⁊ ppē
lingue ydioma crebro recipien-
tes et alios pedes· nō earundē
ſillabarum ſed eorundem tem
porum · Interdum quoqꝫ rich-
mus ipſe dulcis ⁊ tumulus fer-
tur numeris lege reſolutis qđ
metrici magis quā ſimplex lec-
tor intelligūt· A ſupradicto āt
verſu uſqꝫ ad finē libri paruū
cōma quod remanet proſa o-
ratione texitur· Qđ ſi cui vide-
tur incredulū metra ſcilicet eſſe
apud hebreos· ⁊ in morem noſ-
tri flacci greciqꝫ pindari ⁊ alchei
et ſaſpho vel pſalterium vel la-
mētationes ieremie · vel oīa
ferme ſcripturarū cātica cōphē-
dit: legat philonem ioſephū ori-
genem· ceſarienſem euſebiū: ⁊ eo-
rum teſtimonio me verū dicere

cōprobabit· Audiāt quaprop-
ter canes mei idcirco me in hoc
volumīe laboraſſe· nō ut inter-
pretationē antiquā reprehende-
rem : ſed ut ea que ī illa aut ob-
ſcura ſūt aut omiſſa· aut certe
ſcriptoꝝ vicio deprauata · ma-
nifeſtiora nr̄a interpretatione fie-
rent : qui et hebreū ſermonē ex
parte didicim⁹· et in latino pe-
ne ab ipſis cunabulis int᷑ gra-
maticos et rethores et philoſo-
phos detriti ſum⁹· Qđ ſi apud
grecos poſt ſeptuaginta editio-
nem· iam criſti euāgelio choru-
ſcante iudeus aquila et ſimach-
us ac theodotion iudaizantes
heretici ſunt recepti · qui multa
miſteria ſaluatoris ſubdola in-
terpretatione celarūt: et tamen
in exaplois habentur apud ec-
cleſias· et explanāť ab eccleſia-
ſticis viris : quāto magis ego
criſtianus et de parētibꝫ criſtia-
nis nat⁹· et vexillum crucis in
mea fronte portās· cui⁹ ſtudiū
fuit omiſſa repetere· deprauata
corrigere· et ſacramēta eccleſie
puro et fideli aperire ſermone:
vel a faſtidioſis vl' a malignis
lectoribꝫ non debeo reprobari·
Habeāt q̄ volūt veteres libros
vel in membranis purpureis ·
auro argentoqꝫ deſcriptos: vel
uncialibꝫ ut vulgo aiūt litteris
onera magis exarata quā co-

dices: dūmodo michi meiſqꝫ p-
mittant pauperes habere cedu-
las. et nō tam pulcros codices
quā emendatos. Utraqꝫ aūt e-
ditio ⁊ ſeptuagīta iuxta grecoſ
⁊ mea iuxta hebreos. in latinū
meo labore trāſlata eſt. Eligat
unuſquiſqꝫ qd̄ vult: et ſtudio-
ſum me magis quā maliuolū
probet. Prologus ſecundus

Si aut fiſcellā iunco
texerem aut palma-
rum folia cōplicarē
aut in ſudore vult⁹
mei comederem panē. et vētris
opus ſollicita mente pertracta-
rem: nullus morderet nemo re-
prehēderet. Nūc autē q̄a iuxta
ſententiā ſaluatoris volo opa-
ri cibū qui non perit ⁊ antiquā
diuinorū voluminū viam ſen-
tibꝫ virgulīſqꝫ purgare: error
michi gemin⁹ infigit̄. corrector
viciorū falſarius vocor. et erro-
res nō auferre ſed ſerere. Tāta
eſt enī vetuſtatis cōſuetudo ut
etiā cōfeſſa pleriſqꝫ vicia place-
ant: dū magis pulcros volūt
habere codices quā emēdatos.
Quapropter o fr̄es dilectiſſimi
unicū nobilitatis ⁊ humilitatiſ
exemplar et p flabello calatis
ſportelliſqꝫ munuſculis mona-
chorꝫ. ſpiritualia hec ⁊ manſu-
ra dona ſuſcipite: ac beatū iob
q̄ adhuc apud latinos iacebat
in ſtercore ⁊ vermibꝫ ſcatebat er-
rorꝫ. integrū et īmaculatumqꝫ
gaudete. Quō enī poſt proba-
tionem atqꝫ victoriā duplicia
ſunt ei vniuſa reddita: ita ego
in linguam nr̄am ut audacter
loquar. feci eum habere q̄ ami-
ſerat igit̄ ⁊ vos ⁊ vnūquēqꝫ lec-
torē ſolita pfacione cōmoneo
⁊ in pncipijs librorꝫ eadē ſemp
annectēs rogo: nec vbicūqꝫ ſē-
per precedētes virgulas videri-
tis. ſciatis ea que ſubiecta ſunt
in hebraicis voluminibꝫ non
haberi. Porro ubi ſtelle ymā-
go pfulſerit. ex hebreo ī ſermo-
ne nr̄o addita ſunt. Necnon et
illa que haberi videbātur. ⁊ ita
corrupta erāt ut ſenſum legen-
tibus tollerēt. orantibꝫ vobis
magno labore correxi: magis
utile quid ex odio meo eccleſijs
criſti venturꝫ ratus. quā ex alio-
rum negocio. Expliciunt pro-
logi. Incipit liber Job. cap. j.

Uir erat in terra
hus noīe iob.
Et erat vir ille
ſimplex et rec-
tus ac timens
deū: et recedēs
a malo. Natiqꝫ ſunt ei ſeptem
filij. ⁊ tres filie. Et fuit poſſeſſio
eius ſeptem milia oviū. et tria
milia camelorū: q̄ngenta quo-
qꝫ iuga boum et q̄ngēte aſine:

ac familia mlta nimis. Eratq;
uir ille magn⁹ inter oẽs oriẽ-
tales. Et ibant filij eius ⁊ facie-
bant ꝯuiuiũ per domos. unuſ-
quiſq; in die ſuo. Et mittentes
uocabãt tres ſorores ſuas: ut
comederẽt et biberẽt cũ eis. Cũ-
q; in orbem trãſiſſent dies con-
uiuij mittebat ad eos iob ⁊ ſãc-
tificauit illos: ꝯſurgenſq; dilu-
culo offerebat olocauſta p ſin-
gulos. Dicebat enim. Ne forte
peccauerint filij mei: et benedix-
erint deo in cordib; ſuis. Sic fa-
ciebat iob cũctis dieb;. Quadã
aũt die cum ueniſſent filij dei ut
aſſiſterẽt coram dño: affuit inť
eos etiã ſathan. Cui dixit dñs.
Unde uenis? Qui reſpõdens ait.
Circuiui terrã ⁊ perambulaui e-
am. Dixitq; dñs ad eum. Num-
quid ꝯſideraſti ſeruũ meũ iob
qd nõ ſit ei ſimilis in terra: ho-
mo ſimplex et rectus et timenſ
deũ ac recedens a malo? Cui re-
ſpondens ſathan ait. Numqd
fruſtra timet iob deũ? Nõne tu
uallaſti eum ac domũ ei⁹: uniũ-
ſamq; ſubſtantiã per circuitũ?
Operib; manuũ eius benedixiſ-
ti: et poſſeſſio eius creuit in t̄ra.
Sed extende paululũ manum
tuã et tange cũcta que poſſidet:
niſi in faciẽ benedixerit tibi. Dix-
it ergo dñs ad ſathan. Ecce uni-
uerſa q̃ habet in manu tua ſũt:
tantũ in eũ ne extendas manũ
tuã. Egreſſuſq; eſt ſathan a fa-
cie dñi. Cũ autẽ quadã die filij
et filie eius comederẽt ⁊ biberẽt
uinũ in domo fr̄is ſui p̄moge-
niti: nuncius uenit ad iob q̃ di-
ceret. Boues arabant et aſine
paſcebãtur iuxta eos: et irruerũt
ſabei tuleruntq; oĩa. et pueros
pcuſſerunt gladio: ⁊ euaſi ego
ſolus ut nunciarẽ tibi. Cumq;
adhuc ille loqueret̃. uenit alter
et dixit. Ignis dei cecidit e celo: ⁊
tactas oues pueroſq; cõſump-
ſit: ⁊ effugi ego ſolus ut nunci-
arem tibi. Sed et adhuc illo lo-
quẽte: uenit alius et dixit. Chal-
dei fecerũt tres turmas ⁊ inuaſe-
rũt camelos et tulerũt eos: nec-
nõ ⁊ pueros pcuſſerũt gladio:
et ego fugi ſolus ut nũciarem
tibi. Adhuc loquebat̃ ille: et ec-
ce alius intrauit et dixit. Filijs
tuis et filiab; ueſcentib; et bibẽ-
tibus uinũ in domo fr̄is ſui p̄i-
mogeniti: repente uentus uehe-
mens irruit a regione deſerti et
concuſſit quatuor angulos do-
mus: que corruens oppreſſit li-
beros tuos. ⁊ mortui ſunt: ⁊ ef-
fugi ego ſolus ut nũciarẽ tibi.
Tunc ſurrexit iob. et ſcidit tuni-
cam ſuã. et tonſo capite corru-
ens in t̄ram. adorauit et dixit.
Nudus egreſſus ſum de utero
matris mee: et nudus reuertar

illuc. Dñs dedit dñs abſtulit:
ſicut dño placuit ita factũ eſt:
ſit nomē dñi benedictũ. In om-
nibꝫ hiis nō peccauit iob labiiſ
ſuis: neqꝫ ſtultũ quid contra de-
um locutus eſt. II
Factum ē aũt cum quadā
die veniſſent filii dei et ſtarēt co-
ram dño: veniſſet quoqꝫ ſathā
inter eos et ſtaret in cōſpectu ei-
us: ut diceret dñs ad ſathan.
Unde venis? Qui reſpōdens ait.
Circuiui terrā: et perambulaui
eā. Et dixit dñs ad ſathan. Nũ-
quid cōſideraſti ſeruũ meũ iob
qꝰ non ſit ei ſimilis in terra. vir
ſimplex ⁊ rectus ⁊ timēs deũ ac
recedens a malo: et adhuc reti-
nens innocentiā? Tu autē cōmo-
uiſti me aduerſus eum: ut affli-
gerem eum fruſtra. Cui reſpon-
dens ſathā ait. Pellem ꝓ pelle:
et cuncta q̄ habet homo dabit
pro aīa ſua. Alioqn mitte ma-
num tuā ⁊ tange os eius ⁊ car-
nem: et tunc videbis qđ in faciē
benedicat tibi. Dixit ergo dñs
ad ſathan. Ecce in manu tua ē:
verumtamē aīam illius ſerua.
Egreſſus igiť ſathan a facie do-
mini ꝑcuſſit iob ulcere peſſimo:
a plāta pedis uſqꝫ ad verticem
eius. Qui teſta ſaniem radebat:
ſedens in ſterquilinio. Dixit aūt
illi uxor ſua. Adhuc tu perma-
nes ĩ ſimplicitate tua? Benedic
deo ⁊ morere. Qui ait ad illam.
Quaſi una de ſtultis mulieribꝫ
locuta es. Si bona ſuſcepimꝰ
de manu dñi: mala quare non
ſuſtineamus? In omnibus hiis
nō peccauit iob labiis ſuis. Igi-
tur audiētes tres amici iob om-
ne malũ qđ accidiſſet ei venerūt
ſinguli de loco ſuo: eliphaz the-
manites et baldad ſuites et ſo-
phar naamathites. Cōdixerāt
enī: ut pariter venientes viſita-
rent eum et cōſolarētur. Cumqꝫ
eleuaſſent procul oculos ſuos:
nō cognouerunt eum. Et excla-
mātes plorauerūt: ſciſſiſqꝫ veſ-
tibus ſparſerūt puluerē ſup ca-
put ſuũ in celũ. Et ſederūt cum
eo in terra ſeptē dieb; et ſeptem
noctibus: et nemo loquebať ei
verbũ. Videbāt enī dolorē eſſe
vehementem III
Poſt hec aperuit iob os ſu-
um: et maledixit diei ſuo: et lo-
cutus ē. Pereat dies in qua na-
tus ſum: ⁊ nox in qua dictũ eſt
conceptus eſt homo. Dies illa
vertetur in tenebras. Nō requi-
rat eum deus deſup et non illuſ-
tret lumine. Obſcurent eũ tene-
bre et umbra mortis. Occupet
eum caligo et inuoluať amari-
tudine. Noctē illā tenebroſus
turbo poſſideat. Nō cōputetur
in dieb; anni nec numeretur in
menſib;. Sit nox illa ſolitaria:

nec laude digna. Maledicãt ei
qui maledicũt diei: qui parati
ſunt ſuſcitare leuiathan. Obte-
nebrẽtur ſtelle caligine eius. Ex-
pectet lucem et non videat: nec
ortũ ſurgẽtis aurore. Quia nõ
cõcluſit oſtia ventris qui porta-
uit me: nec abſtulit mala ab o-
culis meis. Quare nõ in vulua
mortuus ſum. egreſſus ex vte-
ro nõ ſtatim perij: Quare excep-
tus genibꝫ: cur lactat⁹ uberibꝫ:
Nunc enim dormiẽs ſilerem. et
ſomno meo requieſcerẽ cũ regi-
bus et cõſulibꝫ terre. qui edificãt
ſibi ſolitudines: aut cum p̄nci-
pibus qui poſſident aurũ: et re-
plẽt domos ſuas argẽto. Aut
ſicut abortiuũ abſcõditũ non
ſubſiſterem: vel qui cõcepti nõ
viderunt lucem. Ibi impij ceſſa-
uerunt a tumultu: et ibi requie-
uerunt feſſi robore: et quondã
vincti pariter ſine moleſtia. Nõ
exaudierunt vocem exactoris.
Paruus et magnus ibi ſunt:
et ſeruus et liber a domino ſuo.
Quare miſero data eſt lux. ⁊ vi-
ta hijs qui in amaritudine aĩe
ſunt: Qui expectãt mortẽ ⁊ nõ
venit: q̄ſi effodiẽtes theſaurũ:
gaudẽtq; vehemẽter cum inuene-
rint ſepulcrũ. Viro cui⁹ abſcõ-
dita eſt via: et circũdedit eũ deus
tenebris. Anteq̄ꝫ comedã ſuſpi-
ro. ⁊ quaſi inundãtes aque ſic

rugitus meus: q̄a timor quem
timebã euenit michi: et qđ vere-
bar accidit. Nõne diſſimulaui:
Nõne ſilui: Nõne quieui: Et ve-
nit ſup̄ me indignatio. IIII

Reſpõdens autem eliphas
themanites dixit. Si cepe-
rimus loqui tibi: forſitan mo-
leſte accipies. Sed conceptũ ſer-
monẽ quis tenere poterit. Ecce
docuiſti multos: ⁊ man⁹ laſſas
roboraſti. Vacillãtes cõfirma-
uerunt ſermones tui: et genua
tremẽtia confortaſti. Nunc au-
tem venit ſuper te plaga et defe-
ciſti: tetigit te ⁊ cõturbatus es.
Timor tuus. fortitudo tua. et
paciencia tua: et perfectio viaꝝ
tuaꝝ. Recordare obſecro te. q̄s
vnquã innocens perijt: aut q̄n-
do recti deleti ſunt: Quin poti⁹
vidi eos qui operãtur iniq̄tatẽ
et ſeminant dolores et metunt
eos flante deo periſſe: et ſpiritu
ire eius eſſe cõſumptos. Rugi-
tus leonis ⁊ vox leene. ⁊ dentes
catulorũ leonũ cõtriti ſunt. Ti-
gris perijt eo qđ nõ haberet p̄-
dã: ⁊ catuli leonis diſſipati ſũt.
Porro ad me dictũ ẽ verbũ ab-
ſconditũ: et q̄ſi furtiue ſuſcepit
auris mea venas ſuſurrij ei⁹.
In horrore viſionis nocturne
quãdo ſolet ſopor occupare ho-
mines. pauor tenuit me et tre-
mor: et omĩa oſſa mea perterri-

ta ſunt · Et cum ſpiritꝰ me pre-
ſente trāſiret: inhorruerunt pi-
li carnis mee · Stetit quidā cu-
ius nō agnoſcebā vultū: ymā-
go coram oculis meis: et vocē
quaſi aure lenis audiui · Num-
quid homo dei cōparatione iu-
ſtificabit̄: aut factore ſuo puri-
or erit vir? Ecce q̄ ſeruiūt ei non
ſunt ſtabiles: ⁊ in angelis ſuiſ
reppetit prauitatē · Quāto ma-
gis hij q̄ habitant domos lute-
as qui terrenū habēt fundamē-
tum cōſumētur velut a tinea:
de mane uſq; ad veſperā ſuccidē-
tur: et quia nullus intelligit in
eternū peribūt · Qui aūt reliqui
fuerint auferētur ex eis: moriē-
tur et non in ſapiētia ·

V

Voca ergo ſi eſt q̄ tibi reſpō-
deat: ⁊ ad aliquē ſanctorꝫ
cōuertere · Virū ſtultū interficit
iracūdia: et paruulū occidit in-
uidia · Ego vidi ſtultū firma ra-
dice: ⁊ maledixi pulcritudini ei-
us ſtatim · Longe fient filij eiuſ
a ſalute: et cōterētur in porta: ⁊
nō erit qui eruat · Cuiꝰ meſſem
famelicꝰ comedet: ⁊ ipſm rapiet
armatꝰ: ⁊ bibēt ſitiētes diuiciaſ
eius · Nichil in terra ſine cauſa
fit: et de humo non oriet̄ dolor ·
Homo ad laborē naſcit̄: ⁊ auiſ
ad volatū · Quāobrē ego depre-
cabor dn̄m: et ad deū ponā elo-
quiū meū · Qui facit magna et
inſcrutabilia: et mirabilia abſ-
q; numero · Qui dat pluuiam
ſup faciem terre: et irrigat aq̄s
vniuſas · Qui ponat humiles
in ſublime: et merētes erigit ſo-
ſpitate · Qui diſſipat cogitati-
ones malignorꝫ: ne poſſint im-
plere manus eorꝫ qd̄ ceperant ·
Qui apprehēdit ſapientes in aſ-
tucia eorꝫ: ⁊ cōſiliū prauorum
diſſipat · Per diem incurrent te-
nebras: et q̄ſi ī nocte ſic palpa-
bunt in meridie · Porro ſaluū
faciet egenū a gladio oris eorꝫ:
⁊ de manu violenti pauperem ·
Et erit egeno ſpes: iniq̄tas aūt
ↄtrahet os ſuū · Beatus homo
qui corripit̄ a dn̄o · Increpatio-
nem ergo dn̄i ne reprobes: q̄a
ipſe vulnerat et medet̄: percutit ⁊
manus eius ſanabunt · In ſex
tribulationib; liberabit te: ⁊ in
ſeptima nō tanget te malū · In
fame eruet te de morte: et in bel-
lo de manu gladij · A flagello
lingue abſcōderis: et non time-
bis calamitatē cum venerit · In
vaſtitate et fame ridebis: et beſ-
tias terre nō formidabis · Sed
cum lapidib; regionū pactum
tuū: ⁊ beſtie terre pacifice erunt
tibi · Et ſcies q̄d pacem habeat
tabernaculū tuū: et viſitās ſpe-
ciem tuā nō peccabis · Scies q̄
q̄m multiplex erit ſemē tuū: et
progenies tua quaſi herba ter-

Ingredieris in abundantia ſe-
pulcrū: ſicut infertur aceruꝰ in
tempe ſuo· Ecce hoc ut īveſtiga-
uimus ita eſt: qd̄ auditū mēte
Reſpōdens VI ꝑtracta·
autē iob dixit· Utinā appē-
derētur peccata mea quibꝫ irā
merui: ⁊ calamitas quā patior
in ſtatera: quaſi arena maris
hec grauior appareret· Unde ⁊ ū-
ba mea dolore ſunt plena: qui-
a ſagitte dn̄i in me ſunt· quarꝫ
indignatio ebibit ſpiritū meū:
et terrores dn̄i militāt ꝯtra me·
Nūqd̄ rugiet onager cū habu-
erit herbā: aut mugiet bos cū
ante preſepe plenū ſteterit: Aut
poterit comedi inſulſū: qd̄ nō
eſt ſale conditū: Aut poteſt ali-
quis guſtare: quod guſtatū af-
fert mortem: Anime enī eſuriē-
ti etiā amara dulcia eſſe videntur·
Que prius nolebat tāgere aīa
mea nūc pre anguſtia cibi mei
ſunt· Quis det ut ueniat petici-
o mea· ⁊ qd̄ expecto tribuat mi-
chi deus: et qui cepit ipſe me con-
terat: Soluat manū ſuā et ſuc-
cidat me: et hec michi ſit conſo-
latio ut affligēs me dolore nō
parcat: nec ꝯtradicā ſermoni-
bus ſancti· Que ē enī fortitudo
mea ut ſuſtineā: aut quis finis
meus ut patienter agam: Nec
fortitudo lapidū fortitudo mea:
nec caro mea enea eſt· Ecce nō
eſt auxiliū michi in me· et neceſ-
ſarii quoqꝫ mei receſſerūt a me·
Qui tollit ab amico ſuo miſeri-
cordiā: timorē dn̄i derelinquit·
Fratres mei p̄terierūt me: ſicut
torrēs qui raptim tranſit in cō-
uallibꝫ· Qui timēt pruinā: irru-
et ſup eos nix· Tempe quo fue-
rint diſſipati peribūt: ⁊ ut inca-
luerint ſoluētur de loco ſuo· In-
uolute ſunt ſemite greſſuū eo-
rum: ambulabūt in uacuū et
peribūt· Cōſiderate ſemitas the-
man itinera ſaba: et expectate
pauliſper· Cōfuſi ſunt: qͣ ſpe-
raui· Uenerunt quoqꝫ uſqꝫ ad
me: ⁊ pudore cooperti ſūt· Nūc
ueniſtis: et modo uidentes pla-
gā meā timetis: Nūquid dixi
afferte michi· et de ſubſtācia ue-
ſtra donate michi: uel liberate
me de manu hoſtis et de manu
robuſtorū eruite: Docete me et
ego tacebo: ⁊ ſi quid forte igno-
raui inſtruite me· Quare detrax-
iſtis ſermonibꝫ ueritatis: cum
e uobis nullꝰ ſit q̄ poſſit argu-
ere: Ad increpandū tantū eloq̄-
a cōcinnatis: et in uentū uerba
profertis· Super pupillū irrui-
tis: et ſubuertere nitimini ami-
cum ur̄m· Uerūtamen qd̄ cepi-
ſtis explete· Prebete aurem: et
uidete an mentiar· Reſpondete
obſecro abſqꝫ ꝯtentione: et lo-
quentes id qd̄ iuſtū ē iudicate·

Et nõ inuenietis in lingua me-
a iniq̃tatem: nec in faucib; meiſ
ſtulticia pſonabit. VII

Milicia ē vita hoĩs ſup ter-
ram: et ſicut dies mercē-
narij dies eius. Sicut ceruꝰ de-
ſiderat umbrã et ſicut mercēna-
rius preſtolat᷑ finem operis ſui:
ſic et ego habui menſes vacu-
os: ⁊ noctes laborioſas enume-
raui michi. Si dormiero dico
quãdo cõſurgam: et rurſum ex-
pectabo veſperã et replebor do-
lorib; uſq; ad tenebras. Indu-
ta ē caro mea putredĩe et ſordi-
bus pulueris: cutis mea aruit
et cõtracta eſt. Dies mei veloci-
us tranſierunt quã a texente te-
la ſuccidit᷑: et cõſumpti ſũt abſ-
q; ulla ſpe. Memẽto quia ventuſ
eſt vita mea: et non reuertetur
oculus meus ut videat bona:
nec aſpiciet me viſus hoĩs.
Oculi tui in me: et nõ ſubſiſtã.
Sicut cõſumit᷑ nubes et ptran-
ſit. ſic qui deſcenderit ad inferoſ
non aſcendet: nec reuertet᷑ ultra
in domũ ſuam: neq; cognoſcet
eum amplius locus eius. Qua-
propter et ego nõ parcam ori
meo: loquar ĩ tribulatione ſpi-
ritus mei: cõfabulabor cum a-
maritudine aĩe mee. Numquid
mare ego ſum aut cetus: quia
circũdediſti me carcere? Si dixerõ
cõſolabit᷑ me lectulus meus et
releuabor loquẽs mecũ in ſtra-
tu meo: terrebis me per ſomni-
a: et per viſiones horrore cõcu-
ties. Quãobrẽ elegit ſuſpẽdiũ
aĩa mea: ⁊ mortẽ oſſa mea. De-
ſperaui. Nequaq̃; ult᷑ iã viuã.
Parce michi: nichil enĩ ſunt di-
es mei. Quid eſt homo q̃a ma-
gnificas eum: aut q̃d apponis
erga eũ cor tuũ? Viſitas eũ dilu-
culo: et ſubito probas illũ. Vſ-
quequo non parcis michi: nec
dimittis me ut gluciã ſaliuam
meã? Peccaui. Quid faciã tibi.
o cuſtos hoĩm. Quare poſuiſti
me cõtrariũ tibi: et factus ſum
michimetipſi grauis? Cur non
tollis peccatũ meũ: et quare nõ
aufers iniq̃tatẽ meã? Ecce nũc
in puluere dormiã. et ſi mane
me queſieris non ſubſiſtam.

Reſpõdẽs aũt VIII
baldach ſuites dixit. Vſ-
quequo loqueris talia: et ſpiri-
tus multiplex ſermonis oris tui?
Numq̃d deus ſupplãtat iudici-
um: aut omĩpotens ſubuertit
q̃d iuſtũ eſt? Etiã ſi filij tui pecca-
uerũt ei ⁊ dimiſit eos in manu
iniq̃tatis ſue: tu tamẽ ſi dilucu-
lo cõſurrexeris ad deũ ⁊ omĩpo-
tẽtem fueris deprecatus. ſi mũdus
et rectus inceſſeris ſtatim euigi-
labit ad te: et pacatũ reddet ha-
bitaculũ iuſticie tue: in tantũ ut
ſi priora tua fuerint parua: et

nouiſſima tua multiplicent' ni-
mis. Interroga enī generationē
priſtinā et diligenter inueſtiga
patrū memoriā: heſterni quip-
pe ſum⁹ ⁊ ignoram⁹. quō ſicut
umbra dies nři ſunt ſup terrā:
et ipi docebūt te. Loquent' tibi:
⁊ de corde ſuo pferent eloquia.
Nunquid uirere poteſt ſcirpus
abſq; humore: aut creſcere carec-
tū ſine aqua: Cum adhuc ſit ī
flore nec carpat' manu āte oēs
herbas areſcit: ſic uie oīm q̄ ob-
liuiſcūtur deū: et ſpes ypocrite
pibit. Non ei placebit uecordi-
a ſua et ſicut tela aranearū fidu-
cia eius. Innitet' ſup domū ſuā
et non ſtabit: fulciet eam et nō
cōſurget. Humectus uidet' ante-
q̄; ueniat ſol: et in ortu ſuo ger-
mē eius egrediet'. Sup aceruū
petrarū radices ei⁹ denſabūtur:
et inter lapides cōmorabit'. Si
abſorbuerit eum de loco ſuo:
negabit eum ⁊ dicet. Nō noui
te. Hec eſt enī leticia uie eius: ut
rurſum de terra alii germinent'.
Deus non pciet ſimplicē: nec
porriget manū malignis: do-
nec impleat' riſu os tuū ⁊ labi-
a tua iubilo. Qui oderunt te in-
duent' cōfuſione: et tabernacu-
lū impiorū nō ſubſiſtet. IX

Et reſpōdens iob ait. Vere
ſcio qđ ita ſit: et q̄ nō iuſ-
tificetur homo cōpoſitus deo.
Si uoluerit cōtendere cū eo: nō
poterit reſpōdere ei unū p mil-
le. Sapiēs corde eſt: ⁊ fortis ro-
bore. Quis reſtitit ei: ⁊ pacē ha-
buit: Qui tranſtulit mōtes: et ne-
ſcierūt hii quos ſubuertit in fu-
rore ſuo. Qui cōmouet terrā de
loco ſuo: ⁊ colūne eius cōcuciū-
tur. Qui p̄cipit ſoli ⁊ nō oritur:
et ſtellas claudit quaſi ſub ſig-
naculo. Qui extēdit celos ſol⁹:
⁊ graditur ſup fluctus maris.
Qui facit arcturū et oriona et
hyadas: ⁊ interiora auſtri. Qui
facit magna et incōprehēſibili-
a: et mirabilia quorū nō eſt nu-
merus. Si uenerit ad me non
uidebo eum: ſi abierit non intel-
ligā. Si repente interroget: quis
reſpōdebit ei: Vel quis dicere po-
teſt cur facis: De⁹ cui⁹ ire nemo
reſiſtere poteſt: et ſb quo curuā-
tur qui portāt orbē. Quantus
ergo ſum ego ut reſpōdeā ei: et
loquar uerbis meis cū eo: Qui
etiā ſi habuero quippiā iuſtū nō
reſpōdebo. ſed meū iudicē dep̄ce-
rabor: et cū inuocantē me exau-
dierit: nō credo quod talis au-
dierit uocē meā. In turbine enī
cōteret me: ⁊ multiplicabit ul-
nera mea etiā ſine cauſa. Non
cōcedit requieſcere ſpiritū meū:
et implet me amaritudinibus.
Si fortitudo querit': robuſtiſſi-
mus eſt. Si equitas iudicii: ne-

mo audiet pro me teſtimoniū
dicere. Si iuſtificare me volue-
ro: os meū cōdēnabit me. Si
innocētem oſtendero: prauū me
cōprobabit. Etiā ſi ſimplex fu-
ero. hoc ipm ignorabit aīa me-
a: et tedebit me vite mee. Unū
eſt qđ locutus ſum: et innocentē
et impiū ipe cōſumit. Si flagel-
lat occidat ſemel: et nō de penis
innocentū rideat. Terra data eſt
in manus impij: vultū iudicū
eius operit. Qđ ſi nō ille eſt. q̄s
ergo eſt? Dies mei velociores fu-
erūt curſore. fugerunt et nō vi-
derūt bonū. Pertranſierūt quaſi
naues poma portantes: ſicut
aquila volās ad eſcam. Cum
dixero nequaq̄ ita loquar: cō-
muto faciem meam: et dolore
torqueor. Verebar omnia ope-
ra mea ſciens q̄ non parceres
delinquēti. Si aūt et ſic impius
ſū quare fruſtra laboraui? Si
lotus fuero quaſi aquis niuis.
et fulſerīt velut mūdiſſime ma-
nus mee: tamē ſordib; intinges
me: et abominabūt me veſ-
timēta mea. Neq; enī viro qui
ſimilis mei eſt reſpōdebo: nec q̄
mecū ī iudicio ex equo poſſit au-
diri. Non eſt qui utrūq; valeat
arguere: et ponere manū ſuā ī
ambob;. Auferat a me virgā
ſuā: ⁊ pauor eius nō me terreat.
Loquar et nō timebo eū. Neq;
enī poſſum metuēs reſpōdere.

X

Tedet aīam meā
vite mee: dimittā aduer-
ſum me eloquiū meū. loquar
in amaritudine anime mee: di-
cam deo. noli me condemnare.
Indica m̄: cur me ita iudices?
Numquid bonū tibi videt ſi calū-
nieris me et opprimas me. opus
manuū tuarū: ⁊ cōſiliū impiorū
adiuues? Numquid oculi carnei
tibi ſunt aut ſicut videt homo
et tu videbis? Numquid ſicut dies
hoīs dies tui. et anni tui ſicut
humana ſūt tempora: ut que-
ras iniq̄tatem meā ⁊ pc̄cm me-
um ſcruteris? Et ſcias q̄a nichil
impiū fecerim. cū ſit nemo qui
de manu tua poſſit eruere. Ma-
nus tue fecerunt me et plaſma-
uerūt me totū in circuitu: et ſic
repēte p̄cipitas me. Memēto q̄-
ſo qđ ſicut lutū feceris me: et in
puluerem reduces me. Nōne ſi-
cut lac mulſiſti me. et ſicut caſe-
um me coagulaſti? Pelle ⁊ carni-
b; veſtiſti me: oſſib; ⁊ neruis cō-
pegiſti me. Vitā et miſericordiam
tribuiſti michi: et viſitacio tua
cuſtodiuit ſpiritū meum. Licet
hec celes in corde tuo: tamē ſci-
o q̄a vniuerſorū memineris. Si
peccaui ⁊ ad horā pepercſti mi-
chi: cur ab iniq̄tate mea mūdū
me eſſe nō pateris? Et ſi impius
fuero ve michi ē: et ſi iuſtus nō

leuabo caput ſaturat⁹ afflicti-
one et miſeria. Et ꝓpter ſupbiā
q̄ſi leenā capies me: reuerſuſq;
mirabiliter me crucias. Inſtau-
ras teſtes tuos cōtra me. et mul-
plicas irā tuā adūſum me: ⁊ pe-
ne militāt in me. Quare de vul-
ua eduxiſti me: Qui utinā con-
ſumptus eſſem ne oculus me
videret. Fuiſſem quaſi q̄ nō eſ-
ſem: de utero trāſlat⁹ ad tumu-
lū. Nūquid nō paucitas dierū
meorū finiet̄ breui: Dimitte er-
go me ut plāgā paululū dolo-
rem meū anteq̄ȝ vadā ⁊ nō reuẽ-
tar ad terrā tenebroſā ⁊ opertā
mortis caligine: terrā miſerie ⁊
tenebraꝝ: ubi umbra mortis ⁊
nullus ordo. ſed ſempiternus
horror inhabitans. XI

Reſpōdens aūt ſophar na-
amathites dixit. Nunq̄d
q̄ multa loquit̄ non audiet: aut
vir verboſus iuſtificabit̄: Tibi
ſoli tacebūt hoīes: et cū ceteros
irriſeris a nullo confutaberis:
Dixiſti enī. Purus ē ſermo me-
us: et mūdus ſum in cōſpectu
tuo. Atq; utinā deus loqueret̄
tecū ⁊ aperiret labia ſua tibi: ut
oſtenderet tibi ſecreta ſapiētie ⁊
q̄ multiplex eſſet lex eius: et in-
telligeres q̄ multo minora exi-
garis ab eo quā meret̄ iniq̄tas
tua. Forſitā veſtigia dei cōpre-
hendes: et uſq; ad ꝑfectū omni-
potentē reperies: Excelſior celo
eſt. Et q̄d facies: Profūdior in-
ferno: et unde cognoſces: Lōgi-
or terra menſura eius: et latior
mari. Si ſubūtit omnia uel in
unū coartauerit q̄s cōtradicet
ei: uel q̄s dicere ei poteſt cur ita
facis: Ipſe enī nouit hoīm vani-
tatē: ⁊ vidēs iniq̄tatē nōne cōſi-
derat: Vir vanus in ſupbiam
erigit̄: ⁊ tanq̄ȝ pullū onagri ſe
liberū natū putat. Tu autē fir-
maſti cor tuū et expādiſti ad eū
manus tuas. Si iniq̄tatē que
eſt in manu tua abſtuleris a te
et non māſerit in tabernaculo
tuo iniuſticia: tūc leuare poteris
faciē tuā abſq; macula: et eris
ſtabilis et nō timebis. Miſerie
quoq; obliuiſceris: ⁊ quaſi aq̄-
rum que ꝑterierūt non recorda-
beris: et q̄ſi meridian⁹ fulgor
cōſurget tibi ad veſperā. Et cū
te cōſumptū putaueris orieris
ut lucifer: et habebis fiduciam
propoſita tibi ſpe: et defoſſus
ſecurus dormies. Requieſces ⁊
nō erit q̄ te exterreat: et deꝑcabū-
tur faciē tuā plurimi. Oculi aūt
impioꝝ deficiēt: et effugiū peri-
bit ab eis: et ſpes illoꝝ abomi-
natio anime. XII

Reſpondens aūt iob dixit.
Ergo vos eſtis ſoli hoīes:
et vobiſcū orietur ſapiētia: Et mi-
chi eſt cor ſicut et vobis: nec in-

ferioꝛ vrī ſum· Quis enī hꝫ que
noſtis ignorat? Qui deridetᷣ ab
amico ſuo ſicut ego: īuocabit
deū ⁊ exaudiet eū· Deridetᷣ enī iu-
ſti ſimplicitas: lampas cōtēp-
ta apud cogitationes diuitū:
parata ad tēpus ſtatutū· Abū-
dant tabernacula predonū: et
audacter ꝓuocāt deū: cū ipſe de-
derit oīa in manus eorū· Ni-
mirum interroga iumēta et doce-
būt te: et volatilia celi et indica-
bunt tibi· Loquere terre et reſpō-
debit tibi: et narrabunt piſces
maris· Quis ignorat q̄ oīa
hec man⁹ dñi fecit? In cui⁹ ma-
nu aīa omīs viuētis: ⁊ ſpiritus
vniūſe carnis hoīs· Nōne au-
ris verba diiudicat: ⁊ fauces co-
medētis ſaporē? In antiquis eſt
ſapiētia: ⁊ in multo tēpe pru-
dentia· Apud ipm̄ eſt ſapiētia
et fortitudo: ⁊ ipſe habet cōſiliū
et intelligētiā· Si deſtruxerit ne-
mo eſt qui edificet: ſi incluſerit
hoīem nullus eſt q̄ aperiat· Si
ↄtinuerit aquas oīa ſiccabū-
tur: ſi emiſerit eas ſubuertēt ter-
ram· Apud ipm̄ eſt fortitudo ⁊
ſapiētia· Ipſe nouit ⁊ decipientē:
et eū qui decipitᷣ· Adducit cōſili-
arios in ſtultū finē: et iudices ī
ſtuporem· Baltheū regū diſſol-
uit: ⁊ precingit fune renes eoꝝ·
Ducit ſacerdotes inglorios: et
optimates ſupplantat· Cōmu-
tans labiū veraciū: et doctrinā
ſenū auferēs· Effundit deſpecti-
onē ſup ꝑncipes: et eos q̄ oppꝛeſ-
ſi fuerāt releuans· Qui reuelat
profūda de tenebris: et ꝓducit
in lucem umbrā mortis· Qui
multiplicat gentes ⁊ ꝑdit eas:
et ſubūſas in integrū reſtituit·
Qui īmutat coꝛ ꝑncipū ppl̄i terre·
et decipit eos ut fruſtra incedāt
per inuiū· Palpabūt quaſi in
tenebris et nō in luce: et errare
eos faciet quaſi ebrios· XIII

Ecce oīa hec vidit oculus
me⁹ et audiuit auris me-
a: et intellexi ſingula· Secūdū
ſcientiā vrām et ego noui: nec
inferior vrī ſum· Sed tamē ad
omīpotentē loquar: ⁊ diſputa-
re cū deo cupio: prius vos oſtē-
dēs fabricatores mēdacij et cul-
tores peruerſoꝝ dogmatū· Atq
utinā taceretis· ut putaremini
ſapiētes eſſe· Audite ergo cor-
reptiones meas: ⁊ iudiciū labi-
orum meoꝝ attendite· Nunq̄d
deus indiget vrō mendacio: ut
ꝓ illo loquamini dolos? Nunq̄d
faciē ei⁹ accipitis: et pro deo iu-
dicare nitimini? Aut placebit
ei quē celare nichil poteſt: aut
decipietᷣ ut homo vris fraudu-
lētijs? Ipſe vos arguet: quoniā
in abſcōdito faciē ei⁹ accipitis·
Statim ut ſe cōmouerit turba-
bit vos: et terror eius irruet ſu-

per vos. Memoria veſtra com-
parabit᷑ cineri: ⁊ redigent᷑ ī lutū
ceruices vr̄e. Tacete pauliſper:
ut loquar quodcūq; michi mēs
ſuggeſſerit. Quare lacero car-
nes meas dētib; meis: et aīam
meam porto in manib; meis?
Etiā ſi occiderit me: ī ipō ſpera-
bo. Verūtamē vias meas ī cō-
ſpectu eius arguā: ⁊ ipē erit ſal-
uator meus. Nō eñ veniet ī cō-
ſpectu eius omīs ypocrita. Au-
dite ſermonē meū: ⁊ enigmata
percipite aurib; vr̄is. Si fuero
iudicatus: ſcio ꝙ iuſtus inueni-
ar. Quis eſt ꝗ iudicet mecū: Ve-
niat. Quare tacēs conſumor?
Duo tantū ne facias michi: et
tūc a facie tua nō abſcondar.
Manū tuā lōge fac a me: ⁊ for-
mido tua nō me terreat. Voca
me et reſpōdebo tibi: aut certe
loquar: et tu reſponde michi.
Quātas habeo iniq̄tates ⁊ pcc̄a:
ſcelera mea et delicta oſtende mi-
chi. Cur faciē tuā abſcondis: ⁊
arbitraris me inimicū tuū: Cō-
tra foliū qđ vēto rapit᷑ oſtendis
potentiā tuā: et ſtipulā ſiccam
pſequeris. Scribis eñ contra
me amaritudines: ⁊ cōſumere
me vis peccatis adoleſcētie mee.
Poſuiſti in neruo pedē meū: ⁊
obſeruaſti oēs ſemitas meas:
et veſtigia pedū meoꝝ cōſidera-
ſti. Qui quaſi putredo cōſumē-
dus ſum: et quaſi veſtimētum
qđ comedit᷑ a tinea. Homo na-
tus de muliere breui viuēs tem-
pore: repletur multis miſeriis.
Qui quaſi flos egredit᷑ ⁊ cōteri-
tur: et fugit velut umbra: ⁊ nū-
q̄; in eodē ſtatu pmanet. Et di-
gnū ducis ſup huiuſcemodi a-
perire oculos tuos: ⁊ adducē eū
tecū in iudiciū: Quis poteſt face-
re mūdū de īmūdo conceptū ſemi-
ne: Nōne tu qui ſolus es. XIIII
Breues dies hoīs ſunt: nu-
merus menſiū apud te ē.
Cōſtituiſti t̄minos eius ꝗ prete-
riri non poterunt. Recede pau-
lulum ab eo ut quieſcat: donec
optata veniat ſicut mercenarii
dies eius. Lignū habet ſpem.
Si pciſum fuerit. rurſum vireſ-
cit: et rami eius pullulāt. Si ſe-
nuerit in t̄ra radix ei⁹ et in pul-
uere emortuus fuit truncus illi⁹:
ad odorem aque germiabit: et
faciet comā quaſi cum primū
plātatū ē. Homo vero cū mor-
tu⁹ fuit et nudatus atq; cōſūp-
tus: ubi queſo ē: Quō ſi recedāt
aque de mari et fluuius vacue-
factus areſcat: ſic homo cū dor-
mierit. non reſurget. Donec at-
teratur celū nō euigilabit: nec
cōſurget de ſomno ſuo. Quis
michi hoc tribuat ut ī inferno
protegas me et abſcōdas me
donec ptrāſeat furor tuus: ⁊ cō-

ſtituas michi tempꝰ in quo re-
corderis mei? Putaſne mortuꝰ
homo rurſum viuet? Cūctis di-
ebus quib; nūc milito: expecto
donec veniat immutatio mea.
Vocabis me: et ego reſpōdebo
tibi. Operi manuū tuaꝝ porri-
ges dexteram. Tu quidē greſſus
meos dinumeraſti: ſed parce
pccīs meis. Signaſti quaſi in
ſacculo delicta mea: ſed curaſti
iniq̄tatē meā. Mons cadens de-
fluit: et ſaxū trāſfertur de loco
ſuo. Lapides excauant aque: ⁊
alluuione paulatim terra ↄſu-
mit̄: et hoīes ergo ſilīter ꝑdes.
Roboraſti eū paululū: et in ꝑ-
petuū trāſiret. Immutabis faci-
em eius: ⁊ emittes eū. Siue no-
biles fuerīt filij eiꝰ ſiue ignobi-
les: non intelliget. Attamē ca-
ro eius dum viuet dolebit: et a-
nima illius ſup ſemetipō luge-
Reſpōdens autē XV bit.
Eliphaz themanites dixit.
Nūquid ſapiēs reſpōdebit qua-
ſi inuentū loquens: ⁊ implebit
ardore ſtomachū ſuū? Arguiſ
verbis eū q̄ nō eſt equalis tui ⁊
loq̄ris qđ tibi nō expedit. Quā-
tū in te eſt euacuaſti timorē: et
tuliſti p̄ces corā deo. Docuit e-
nim iniq̄tas tua os tuū: et imi-
taris linguā blaſphemantiū.
Cōdēnabit te os tuū et nō ego:
⁊ labia tua reſpōdebūt tibi. Nū-
quid p̄mus homo tu natus eſ
⁊ āte colles formatꝰ? Nūq̄d cō-
ſiliū dei audiſti: et inferior te erit
eiꝰ ſapiētia? Quid noſti qđ ig-
noremꝰ: q̄d intelligis qđ neſci-
amus? Et ſenes ⁊ antiqui ſunt
ī nobis: multo vetuſtiores quā
patres tui. Nūquid grande eſt
ut cōſoletur te deus? Sed verba
tua praua hoc ꝓhibent. Quid
te eleuat cor tuū: et quaſi mag-
na cogitans attonitos habes
oculos? Quid tumet cōtra deū
ſpiritꝰ tuꝰ: ut ꝓferas de ore tuo
huiuſcemodi ſermones? Quid
eſt homo ut inmaculatus ſit.
et ut iuſtus appareat natus de
muliere? Ecce inter ſanctos eiuſ
nemo īmutabilis. et celi nō ſūt
mūdi in cōſpectu eius: quanto
magis abomīabilis et īutilis
homo qui bibit quaſi aquā in-
iq̄tatē. Oſtendā tibi audi me:
qđ vidi narrabo tibi. Sapiēteſ
cōfitent̄: et nō abſcōdunt p̄res
ſuos. Quib; ſolis data ē terra:
et nō trāſiuit alienus per eos.
Cunctis dieb; ſuis impius ſup-
bit: et numerus annoꝝ incertꝰ
eſt tyrānidis eius. Sonitus ter-
roris ſemper in aurib; illius: ⁊
cum pax ſit ille ſemp inſidias
ſuſpicat̄. Non credit qđ reuerti
poſſit de tenebris ad lucē circū-
ſpectans undiq; gladiū: cū ſe
mouerit ad querendū panem:

Nouit q̄d paratus ſit in manu
eius tenebrarꝫ dies· Terrebit eū
tribulatio: ⁊ anguſtia vallabit
eū ſicut regē q̄ p̄paratur ad pre-
liū· Tetēdit adūſus deū manū
ſuā: et cōtra omnipotentē robo-
ratus eſt· Cucurrit adūſus eū e-
recto collo: et pingui ceruice ar-
matus ē· Operuit faciē ei⁹ craſ-
ſitudo: ⁊ de lateribꝫ eius aruina
depēdit· Habitauit ī ciuitatibꝫ
deſolatis: et in domibꝫ deſertis
q̄ in tumulos ſunt redacte· Nō
ditabit nec pſeuerabit ſubſtāci-
a ei⁹: nec mittet ī terrā radicē ſu-
am· Nō recedet de tenebris· Ra-
mos ei⁹ areſaciet flāma: ⁊ aufe-
ret ſpiritu oris ei⁹· Non credet
fruſtra errore decept⁹: q̄ aliquo
p̄cio redimēd⁹ ſit· Anteq̄ꝫ dies
ei⁹ impleātur peribit: et manus
eius areſcēt· Ledet quaſi vinea
in primo flore· botrus eius: et
quaſi oliua proiciēs florē ſuū·
Cōgregatio enim ypocrite ſteri-
lis: et ignis deuorabit taberna-
cula eorꝫ q̄ munera libēter acci-
piūt· Cōcepit dolorē et peperit
iniq̄tatē: et vterus ei⁹ p̄parat do-

Reſpondēs XVI los·
autē iob dixit· Audiui fre-
quēter talia· Cōſolatores one-
roſi omēs vos eſtis· Nunquid
habebunt finē verba ventoſa:
Aut aliq̄d tibi moleſtū eſt ſi lo-
quaris: Poterā et ego ſimilia

vrī loqui· Atq̄ꝫ vtinā eſſet aīa
vrā pro aīa mea· Cōſolarer et
ego vos ſermonibꝫ et mouerē
caput meū ſup vos· Robora-
rem vos ore meo: et mouerem
labia mea quaſi parcēs vobis·
Sed q̄d agam: Si locutus fue-
ro· non quieſcit dolor meus: et
ſi tacuero nō recedet a me· Nūc
autē oppreſſit me dolor meus: ⁊
in nichilū redacti ſunt omnes
art⁹ mei· Rugē mee teſtimoni-
um dicūt cōtra me: et ſuſcitatur
falſiloquus aduerſus faciē me-
am cōtradicēs michi· Collegit
furorē ſuū in me: et cōminans
michi infremuit cōtra me denti-
bus ſuis· Hoſtis meus terribili-
bus oculis me intuitus eſt· Ap-
peruerūt ſup me ora ſua: et re-
probrantes pcuſſerūt maxillā
meā: ſaciati ſunt penis meis·
Cōcluſit me deus apud iniquū:
et manibꝫ impiorꝫ me tradidit·
Ego ille quōdā opulētus repē-
te cōtritus ſum: tenuit ceruicem
meā· Confregit me: ⁊ poſuit ſi-
bi quaſi in ſignum· Circūdedit
me lanceis ſuis: cōuulnerauit
lūbos meos· Nō pepercit: et ef-
fudit in terra viſcera mea· Con-
ſcidit me vulnere ſup vulnus:
irruit in me quaſi gygas· Sac-
cū cōſui ſup cutē meā: ⁊ operui
cinere carnē meā· Facies mea
intumuit fletu: ⁊ palpebre mee

caligauerunt. Hec paſſus ſum
abſq; iniq̃tate manus mee: cū
haberē mūdas ad deū preces.
Terra ne operias ſanguinē me-
um: neq; inueniat in te locū la-
tendi clamor meus. Ecce enī in
celo teſtis meus: et cōſcius meꝰ
in excelſis. Verboſi amici mei:
ad deū ſtillat oculus meus. At-
q; utinā ſic iudicaret' vir cū deo:
quō iudicat' filiꝰ hoīs cū colle-
ga ſuo. Ecce enī breues āni trā-
ſeunt: et ſemitā ꝑ quā nō reuer-
tar ambulo. XVII
Spiritus meus attenuabit':
dies mei breuiabūt': et ſolū mi-
chi ſupeſt ſepulcrū. Nō peccaui:
⁊ in amaritudinib; morat' ocu-
lus meꝰ. Libera me ⁊ pone me
iuxta te: ⁊ cuiuſuis manus pu-
gnat cōtra me. Cor eoꝝ longe
feciſti a diſciplina: ꝓpterea non
exaltabūtur. Predā pollicet' ſo-
ciis: ⁊ oculi filioꝝ eius deficient.
Poſuit me q̃ſi in ꝓuerbiū vul-
gi. et exemplū ſum corā eis. Ca-
ligauit ad indignationē oculꝰ
meus: et membra mea quaſi ī
nichilū redacta ſūt. Stupebūt
iuſti ſup hoc: ⁊ innocēs contra
ypocritā ſuſcitabit'. Et tenebit
iuſtus viā ſuā: et mūdis mani-
bus addet fortitudinē. Igit' oēs
vos cōuertimini et venite: et non
inueniā in vobis ullū ſapiētem.
Dies mei trāſierunt: cogitatio-
nes mee diſſipate ſunt torquen-
tes cor meū. Noctē verterūt in
diem: et rurſum poſt tenebras
ſpero lucē. Si ſuſtinuero infer-
nus domꝰ mea eſt: ⁊ in tenebris
ſtraui lectū meū. Putredini dix-
i pater meus es: mat' mea et ſo-
ror mea vermib;. Ubi eſt ergo
nūc ꝑſtolatio mea: et paciētiā
meā q̃s cōſiderat? In ꝓfundiſſi-
mū infernū deſcendēt omīa me-
a. Putaſne ſaltē ibi erit requies

Reſpōdens XVIII michi?
autē baldad ſuites dixit.
Uſq; ad quē finem verba iacta-
bis? Intellige ꝑus: et ſic loqua-
mur. Quare reputati ſumꝰ ut
iumēta: et ſorduimꝰ coram te?
Qui perdis aīam tuā in furore
tuo. Nūquid ꝓpter te derelinque-
tur terra: et trāſferētur rupes de
loco ſuo? Nōne lux impij extin-
guet': nec ſplēdebit flāma ignis
eiꝰ? Lux obtenebreſcet in taber-
naculo illius: et lucerna q̄ ſup
eum eſt extinguet'. Arctabūtur
greſſus virtutis eius: ⁊ ꝑcipita-
bit eū cōſiliū ſuū. Immiſit enī
in rete pedes ſuos: et in macu-
lis eius ambulat. Tenebit' plā-
ta illiꝰ laqueo: et exardeſcet cō-
tra eum ſitis. Abſcōdita eſt in
terra pedica eius: ⁊ decipula illi-
us ſup ſemitā. Undiq; terrebūt
eū formidines: ⁊ īuoluēt pedes
eius. Attenuet' fame robur eiꝰ:

⁊ inedia inuadat coſtas illius.
Deuoret pulcritudinē cutis eiꝰ:
⁊ cōſumat brachia illius p̄mo-
genita mors. Auellat̄ de taber-
naculo ſuo fiducia eiꝰ: et calcet
ſup eū q̄ſi rex interitꝰ. Habitēt
in tabernaculo illiꝰ ſocij eiꝰ qui
nō eſt: aſpgat̄ in tabernaculo
eiꝰ ſulphur. Deorſum radices
eius ſiccent̄: ſurſum aūt attera-
tur meſſis eius. Memoria illiꝰ
pereat de terra: et nō celebretur
nomē eius in plateis. Expellet
eum de luce in tenebras: et de or-
be trāſferet eū. Non erit ſemē ei-
us neq; progenies in pp̄lo ſuo:
nec ulle reliquie in regionib; ei-
us. In die eius ſtupebūt nouiſ-
ſimi: et p̄mos inuadet horror.
Hec ſunt ergo tabernacula ini-
qui: et iſte locus eius qui igno-
rat deum.

XIX

Reſpondens aūt iob dixit.
Uſquequo affligitis aīam me-
am: ⁊ atteritis me ſermonibus?
En decies ↄfūditis me: et nō eru-
beſcitis opp̄mētes me. Nempe
⁊ ſi ignorarā: mecū erit ignoran-
tia mea. At uos cōtra me erigi-
mini: ⁊ arguitis me opprobrijſ
meis. Saltē nūc intelligite q̄a
deus nō equo iudicio afflixerit
me: ⁊ flagellis ſuis me cinxerit.
Ecce clamabo uim patiēs ⁊ ne-
mo audiet: uociferabor ⁊ non
eſt qui iudicet. Semitā meā cir-
cūſepſit et trāſire non poſſum:
⁊ in calle meo tenebras poſuit.
Spoliauit me gloria mea: et
abſtulit coronā de capite meo.
Deſtruxit me undiq; et pereo:
et quaſi euulſe arbori abſtulit
ſpem meā. Iratus eſt cōtra me
furor eius: et ſic me habuit q̄ſi
hoſtem ſuū. Simul uenerūt la-
trones eius: ⁊ fecerūt ſibi uiam
per me: ⁊ obſederūt in gyro ta-
bernaculū meū. Frēs meos lō-
ge fecit a me: et noti mei quaſi
alieni receſſerunt a me. Dereliq̄-
rūt me ꝓpinqui mei: et qui me
nouerāt obliti ſunt mei. Inq̄li-
ni domus mee et ancille mee ſi-
cut alienū habuerūt me: ⁊ qua-
ſi peregrinꝰ fui in oculis eorū.
Seruū meū uocaui ⁊ nō reſpō-
dit: ore ꝓprio dep̄cabar illum.
Halitū meum exhorruit uxor
mea: et orabā filios uteri mei.
Stulti quoq; deſpiciebāt me: et
cū ab eis receſſiſſem detrahebāt
michi. Abomīati ſunt me quō-
dā ↄſiliarij mei: ⁊ quē maxime
diligebā auerſatꝰ eſt me. Pelli
mee ↄſumptis carnib; adheſit
os meū: et derelicta ſunt tantū-
modo labia circa dentes meos.
Miſeremī mei miſeremī mei ſal-
tem uos amici mei: q̄a manuſ
dn̄i tetigit me. Quare perſequi-
mini me ſicut deus: et carnibuſ
meis ſaturamini? Quis michi

tribuat ut ſcribātur ſermones
mei? Quis michi det ut exarent
ī libro ſtilo ferreo ⁊ plūbi lami=
na: uel certe ſculpātur in ſilice?
Scio enim q redemptor meus
uiuat ⁊ in nouiſſimo de tra ſur=
recturus ſim. Et rurſum circūda=
bor pelle mea: et in carne mea
uidebo deū. Quē uiſurus ſum e=
go ipſe: ⁊ oculi mei conſpecturi
ſunt: ⁊ non alius. Repoſita eſt
hec ſpes mea ī ſinu meo. Qua=
re ergo nūc dicitis pſequamur
eū: et radicē uerbi inueniamus cō=
tra eū? Fugite ergo a facie gla=
dii: qm ultor iniquitatū gladius
eſt: et ſcitote eſſe iudiciū. XXIII

Reſpōdēs aūt ſophar naa=
mathites dixit. Iccirco co=
gitationes mee uarie ſuccedūt
ſibi: ⁊ mens in diuerſa rapitur.
Doctrinā qua me arguis audi=
am: et ſpiritus intelligētie mee
reſpondebit michi. Hoc ſcio a
pncipio ex quo eſt poſitus ho=
mo ſup terrā: q laus impiorū
breuis ſit: ⁊ gaudium ypocrite
ad inſtar puncti. Si aſcenderit
uſq; ad celum ſupbia eius. et ca=
put eius nubes tetigerit: quaſi
ſterquiliniū in fine pdetur: et q
eū uiderāt dicēt. Ubi eſt? Velut
ſomniū auolās nō inuenietur: tn=
ſiet ſicut uiſio nocturna. Oculus
qui eum uiderat nō uidebit: ne=
q; ultra intuebitur eum locus ſu=
us. Filii eius atterentur egeſtate:
et manus illius reddent ei dolo=
rem ſuū. Oſſa eius implebuntur
uiciis adoleſcētie eius: et cū eo ī
puluere dormient. Cum enī dul=
ce fuerit in ore eius malū. abſcō=
dit illud ſub lingua ſua. Par=
cet illi et nō derelinquet illud: et
celabit in gutture ſuo. Panis
eius in utero illius uertetur in fel
aſpidum intrinſecus. Diuicias
quas deuorauit euomet: et de
uentre illius extrahet eas deus.
Caput aſpidū ſuget: et occidet
eum lingua uipere. Nō uideat
riuulos fluminis torrētis. mel=
lis et butiri. Luet que fecit oīa:
nec tamē cōſumetur. Iuxta multi=
tudinē adinuentionū ſuarū ſic ⁊
ſuſtinebit: qm cōfringēs nuda=
uit pauperis domum: rapuit ⁊
nō edificauit eā. nec eſt ſaciatus
uenter eius. Et cū habuerit que
cōcupierat: poſſidere non pote=
rit. Nō remanſit de cibo eius: ⁊
propterea nichil pmanebit de
bonis eius. Cum ſaciatus fuit
artabitur: eſtuabit. ⁊ omis dolor
irruet ſuper eū. Utinā impleatur
uenter eius ut emittat ī eū irā furo=
ris ſui: ⁊ pluat ſup illum bellū
ſuū. Fugiet arma ferrea et ir=
ruet in arcū ereū: eductus ⁊ egre=
diens de uagina ſua: et fulgu=
rans in amaritudine ſua. Va=
dent ⁊ uenient ſup eū horribiles:

omēs tenebre abſcondite ſunt
in occultis eius. Deuorabit eū
ignis qui nō ſuccendit̄: afflige-
tur relictus in tabernaculo ſuo.
Reuelabūt celi iniq̄tatē eius: ⁊
terra cōſurget adūſus eum. A-
pertū erit germē domus illius:
detrahet̄ in die furoris dei. Hec
eſt pars hoīs impij a deo: et he-
reditas verboꝝ eius a domino.

XXIIII

Reſpondens autē
iob dixit. Audite queſo
ſermones meos: et agetis peni-
tēciā. Suſtinete me ut et ego lo-
quar: ⁊ poſt mea ſi videbit̄ ver-
ba ridete. Nūquid cōtra hoīem
diſputatio mea eſt. ut merito
nō debeā contriſtari: Attendite
me ⁊ obſtupeſcite: ⁊ ſuperponi-
te digitū ori vr̄o. Et ego quan-
do recordatus fuero pertimeſco:
et cōcutit carnē meam tremor.
Quare ergo impij viuūt ſuble-
uati ſunt confortatiq; diuitijs:
Semen eorū ꝑmanet corā eis.
propinquorū turba et nepotū
in cōſpectu eoꝝ. Domus eorū
ſecure ſunt ⁊ pacate: et nō ē vir-
ga dei ſup illos. Bos eorū cōce-
pit et non abortiuit: vacca pe-
perit et nō eſt priuata fetu ſuo.
Egrediūtur q̄ſi greges paruuli
eoꝝ: et infantes eoꝝ exultāt lu-
ſibus. Tenēt tympanū ⁊ cytha-
ram: et gaudēt ad ſonitū orga-
ni. Ducunt in bonis dies ſuos

et ī pūcto ad infernū deſcendūt.
Qui dixerūt deo recede a nobis:
et ſcientiā viaꝝ tuarū nolum⁹.
Quis ē omīpotēs ut ſeruiam⁹
ei: Et q̄d nobis ꝓdeſt ſi orauei-
mus illū: Verūtamen quia nō
ſunt in manu eorū bona ſua:
cōſiliū impioꝝ longe ſit a me.
Quotiēs lucerna impioꝝ extin-
guetur: et ſupueniet eis inunda-
tio: ⁊ dolores diuidet furoris ſu-
i. Erūt ſicut palee ante faciē vē-
ti: et ſicut fauilla quā turbo di-
ſpergit. Deus ſeruabit filijs illi-
us dolorē p̄ris: et cū reddiderit
tunc ſciet. Videbūt oculi eius in-
terfectionē ſuā: et de furore om̄i-
potentis bibet. Quid eū ad eū
ꝑtinet de domo ſua poſt ſe: Et
ſi numer⁹ menſium ei⁹ dimidi-
etur: Nunquid deū docebit quiſ-
piā ſcientiā q̄ excelſos iudicat:
Iſte moritur robuſtus ⁊ ſanus
diues et felix: viſcera ei⁹ plena
ſunt adipe: ⁊ medullis oſſa illi-
us irrigant̄. Alius vero morit̄
ī amaritudine aīe ſue abſq; ul-
lis opib;: et tamē ſimul in pul-
uere dormiēt: et vermes opient
eos. Certe noui cogitacōnes ve-
ſtras: et ſententias cōtra me ini-
quas. Dicitis eīn. Ubi ē domus
ꝑncipis: ⁊ ubi tabernacula im-
pioꝝ: Interrogate quēlibet de vi-
atoribus: et hec eadem illū intelli-
gere cognoſcetis. Quia ī diē ꝑ-

ditõnis ſeruat᷑ malus: ⁊ ad diẽ
furoris ducet᷑· Quis arguet co-
rã eo vias eius: et q̃ fecit q̃s red-
det illi? Ipe ad ſepulcra ducetur:
et in congerie mortuoꝝ vigila-
bit· Dulcis fuit glareis cocyti:
⁊ poſt ſe omnẽ hoĩem trahet: ⁊
ãte ſe innumerabiles· Quõ igit᷑
ↄſolamini me fruſtra: cũ reſpõſi-
o vr̃a repugnare oſtẽſa ſit veri-
XX
Reſpõdẽs aũt tati:
eliphas themanites dixit·
Numquid deo poteſt comparari
homo: etiã cũ pfecte fuerit ſcien-
tie? Quid pdeſt deo ſi iuſtus fue-
ris: aut quid ei cõfers ſi immacu-
lata fuit vita tua? Nũqd timẽs
arguet te· ⁊ veniet tecũ in iudici-
um: et nõ ppt maliciã tuã plu-
rimam et infinitas iniquitates
tuas? Abſtuliſti enim pignus
fratrũ tuoꝝ ſine cauſa: ⁊ nudos
ſpoliaſti veſtibꝫ· Aquam laſſo
nõ dediſti: et eſurienti ſubtraxiſti
panem· In fortitudine brachij
tui poſſidebas terrã: ⁊ potentiſ-
ſimus obtinebas eam· viduas
dimiſiſti vacuas: ⁊ lacertos pu-
pilloꝝ comminuiſti· Propterea
circũdatus es laqueis: et cõtur-
bat te formido ſubita· et puta-
bas nõ viſurũ: ⁊ ĩpetu aquaꝝ
inundantiũ non oppreſſum iri·
An cogitas q᷒ deus excelſior ce-
lo ſit· et ſup ſtellarũ verticẽ ſub-
limet᷑? Et dicis· Quid enĩ nouit
deus? Et quaſi per caliginẽ iudi-
cat· Nubes latibulũ eius: nec
nr̃a cõſiderat: et circa cardines
celi pambulat· Numquid ſemi-
tam ſeculorum cuſtodire cupis
quã calcauerũt viri iniqui qui
ſublati ſunt ante tempus ſuũ:
et fluuius ſubuertit fundamẽ-
tũ eoꝝ? Qui dicebant deo recede
a nobis: et quaſi nichil poſſet
facere omnipotẽs· eſtimabãt eũ:
cum ille impleſſet domos eorũ
bonis· Quoꝝ ſentẽtia pcul ſit
a me· Videbũt iuſti et letabun-
tur: ⁊ innocẽs ſubſannabit eos·
Nõne ſucciſa ẽ erectio eoꝝ: ⁊ re-
liq̃as eoꝝ deuorauit ignis? Ac-
q̃eſce igit᷑ ei et habeto pacẽ: et p
hec habebis fructos optimos·
Suſcipe ex ore illi⁹ legẽ: ⁊ pone
ſermones ei⁹ ĩ corde tuo· Si re-
uerſus fueris ad omnipotẽtẽ edifica-
beris: ⁊ longe facies iniq̃tatem
a tabernaculo tuo· Dabit pro
terra ſilicẽ: et pro ſilice torrẽtes
aureos· Eritq; omnipotens con-
tra hoſtes tuos: ⁊ argentũ coa-
ceruabit᷑ tibi· Tũc ſup omnipo-
tentẽ delicijs afflues: ⁊ eleuabis
ad deũ faciẽ tuã· Rogabis eũ ⁊
exaudiet te: et vota tua reddes·
Decernes rem ⁊ veniet tibi: ⁊ in
vijs tuis ſplẽdebit lumẽ· Qui e-
nim humiliat⁹ fuit erit in gl'ia:
et q̃ inclinauerit oculos ipſe ſal-
uabit᷑· Saluabit᷑ innocens: ſal-

uabit̃ ãt mũdicia manuũ ſua-
R eſpõdẽs aũt XXI ru·
iob ait. Nũc q̃ȝ in amari
tudine ẽ ſermo meus: et man⁹
plage mee aggrauata eſt ſup
gemitũ meũ. Quis michi tribu-
at ut cognoſcã et inueniã illũ:
⁊ veniã uſq; ad ſoliũ eius? Po-
nam corã eo iudiciũ. ⁊ os meũ
replebo increpationib; : ut ſciã
verba que michi reſpõdeat: et ĩ-
telligã q̃d loquat̃ michi. Nolo
multa fortitudine ꝯtendat me-
cũ: nec magnitudinis ſue mo-
le me premat. Proponat equi-
tatem contra me: ⁊ ꝑueniet ad
victoriã iudiciũ meum. Si ad
orientem iero nõ apparet: ſi ad
occidẽtem nõ intelligã eum. Si
ad ſiniſtrã q̃d agam? Non ap-
prehendã eum. Si me vertam
ad dexterã: nõ videbo illum. Ipſe
vero ſcit viã meã: ⁊ ꝓbabit me
quaſi aurũ q̃d per ignẽ tranſit.
Veſtigia ei⁹ ſecutus ẽ pes me⁹:
viã eius cuſtodiui: ⁊ nõ declina-
ui ex ea. A mãdatis labiorꝫ ei⁹
nõ receſſi: et in ſinu meo abſcõ-
di verba oris ei⁹. Ipſe enĩ ſolus
eſt: ⁊ nemo auertere poteſt cogi-
tationẽ eius: et aĩa ei⁹ quodcũ-
q; voluit hĩ fecit. Cumq; expleue-
rit ĩ me voluntatẽ ſuã: ⁊ alia mul-
ta ſimilia preſto ſũt ei. Et idcir-
co a facie eius turbatus ſum: ⁊
ꝯſiderans eũ timore ſollicitor.

Deus molliuit cor meũ: et om-
nipotẽs ꝯturbauit me. Non
enĩ perij ꝓpter imminẽtes tene-
bras: nec faciem meam operuit
A b omnipo XXII caligo.
tente nõ ſunt abſcondita
tempora: qui aũt nouerunt eũ
ignorãt dies illius. Alij termi-
nos trãſtulerũt: diripuerũt gre-
ges: et pauerũt eos. Aſinũ pu-
pillorꝫ abegerũt: et abſtulerũt
pro pignore bouẽ vidue. Sub-
uerterũt pauperũ viã: ⁊ oppreſ-
ſerũt pariter manſuetos terre.
Alij quaſi onagri in deſerto egre-
diũtur ad opus ſuũ: vigilãtes
q; ad predã ꝑparãt panem libe-
ris. Agrũ non ſuũ demetũt: et
vineã eius quẽ vi oppreſſerunt
vindemiãt. Nudos dimittũt ho-
mines indumẽta tollẽtes: qui-
bus nõ ẽ operimẽtũ in frigore.
quos ymbres montiũ rigãt: et
non habẽtes velamẽ amplexã-
tur lapides. Vim fecerũt depre-
dãtes pupillos: et vulgũ pau-
perẽ ſpoliauerũt. Nudis et in-
cedentib; abſq; veſtitu et eſuriẽ-
tibus tulerũt ſpicas. Inter acer-
uos eorũ meridiati ſunt: q̃ cal-
catis torcularib; ſitiũt. De ciui-
tatib; fecerunt viros gemere: et
aĩa vulneratorꝫ clamabit. et de-
us inultũ abire nõ patit̃. Ipſi
fuerũt rebelles luminis. Neſcie-
runt vias eius: nec reuerſi ſũt

per ſemitas illius. Mane pmo
conſurgit homicida: interficit
egenũ et pauperẽ: per noctem
vero erit quaſi fur. Oculus ad-
ulteri obſeruat caliginẽ dicens
non me videbit oculus: ⁊ opiet
vultũ ſuũ. Perfodit in tenebris
domos ſicut in die cõdixerãt ſi-
bi: ⁊ ignorauerũt lucẽ. Si ſubi-
to apparuerit aurora arbitran-
tur umbrã mortis: et ſic ĩ tene-
bris quaſi in luce ambulãt. Le-
uis eſt ſup faciẽ aque. Maledic-
ta ſit pars ei⁹ in terrã: nec am-
bulet per viã vinearũ. Ad nimi-
um calorẽ tranſiet ab aq̄s niuiũ:
et uſq; ad inferos peccatũ illi⁹.
Obliuiſcatᷣ ei⁹ miſcdia. Dulce-
do illi⁹ vermes. Nõ ſit in recor-
datione: ſed cõteratᷣ ſicut lignũ
infructuoſum. Pauit enĩ ſteri-
lem et que nõ parit: ⁊ vidue be-
ne non fecit. Detraxit fortes in
fortitudine ſua: ⁊ cũ ſteterit nõ
credet vite ſue. Dedit ei deus lo-
cũ penitẽtie: et ille abutitᷣ eo in
ſupbia. Oculi aũt eius ſunt in
vijs illius. Eleuati ſunt ad mo-
dicũ et nõ ſubſiſtẽt: et humilia-
bũtur ſicut oĩa et auferẽtur:
et ſicut ſũmitates ſpicarũ cõterẽ-
tur. Qđ ſi non ita q̄s me poteſt
arguere eſſe mentitũ: ⁊ ponere
ante deũ verba mea? XXV

Reſpõdens aũt baldad ſui-
tes dixit. Poteſtas et ter-
ror apud eum ē: q̄ facit cõcordi-
am in ſublimibus ſuis. Nũq̄d
eſt numerus militũ eius: ⁊ ſup
quẽ nõ ſurget lumẽ illius? Nũ-
q̄d iuſtificari poteſt homo com-
paratus deo: aut apparere mũ-
dus natus de muliere? Ecce lu-
na etiam non ſplendet et ſtelle
non ſunt munde in conſpectu
ei⁹: quãto magis homo putre-
do et filius hoĩs vermis? XXVI

Reſpondens aũt iob dixit.
Cui⁹ adiutor es? Nũquid
imbecillis: et ſuſtẽtas brachiũ
eius q̄ nõ eſt fortis? Cui dediſti
cõſiliũ? Forſitã illi q̄ nõ habet
ſapientiã: ⁊ prudentiã tuã oſten-
diſti plurimã. Quem docere vo-
luiſti? Nõne eũ q̄ fecit ſpiramẽ-
tum? Ecce gigãtes gemũt ſub
aquis: ⁊ q̄ habitant cũ eis. Nu-
dus eſt infernus corã illo: et
nullũ eſt opimentũ perditioni.
Qui extendit aquilonẽ ſup va-
cuũ: ⁊ appẽdit terrã ſup nichili.
Qui ligat aquas in nubib; ſu-
is: ut nõ erumpãt pariter deor-
ſum. Qui tenet vultũ ſolij ſui:
⁊ expandit ſup illud nebulã ſu-
am. Terminũ circũdedit aquis:
uſq; dum finiantur lux et tene-
bre. Colũne celi cõtremiſcũt: et
pauẽt ad nutũ eius. In fortitu-
dine illius repẽte maria cõgre-
gata ſunt: et prudẽtia eius per-
cuſſit ſupbũ. Spiritus eius or-

nauit celos: et obſtetricãte ma-
nu eius eductus eſt coluber tor-
tuoſus. Ecce hec ex parte dicta
ſunt viaꝝ eius. Et cum vix par-
uam ſtillã ſermonis eius audi-
erim⁹ q̃s poterit tonitruũ ma-
gnitudinis illius intueri? XXVII
Addidit q̃ӡ iob aſſumẽs pa-
rabolã ſuã ⁊ dixit. Viuit
deus qui abſtulit iudiciũ meũ ⁊
omnipotẽs qui ad amaritudi-
nẽ adduxit aĩam meã: quia do-
nec ſupeſt alitus ĩ me ⁊ ſpiritus
dei in narib; meis nõ loquẽtur
labia mea iniq̃tatem: nec ling-
ua mea meditabit᷑ mẽdacium.
Abſit a me ut iuſtos eſſe vos
iudicẽ. Donec deficiã nõ recedã
ab innocentia mea. Iuſtificatio-
nem meã quã cepi tenere nõ de-
ſeram. Neq; eñ reprehẽdit me
cor meum: ĩ omĩ vita mea. Si-
cut impius inimicus meus: et
adũſarius meus quaſi iniqu⁹.
Que eſt eñ ſpes ypocrite ſi aua-
re rapiat: et nõ liberet deus ani-
mã eius? Numquid deus audiet
clamorẽ eius cũ venerit ſup eũ
anguſtia? Aut poterit in omni-
potẽte delectari: et inuocare deũ
omĩ tẽpore? Docebo vos p ma-
nũ dei que omnipotens habeat:
nec abſcondã. Ecce omẽs vos
noſtis: et q̃d ſine cauſa vana
loquimĩi? Hec eſt pars hoĩs im-
pij apud deũ: ⁊ hereditas violẽ-
torũ quã ab omnipotẽte ſuſcipi-
ent. Si multiplicati fuerit filij
eius in gladio erũt: et nepotes
ei⁹ nõ ſaturabũtur pane. Qui
reliqui fuerit ex eo ſepelient᷑ in
interitu: et vidue illius nõ plo-
rabũt. Si cõportauerit quaſi ter-
ra argentũ et ſicut lutũ p̄para-
uerit veſtimẽta: p̄parabit quidẽ
ſed iuſtus veſtiet᷑ illis: et argen-
tũ innocens diuidet. Edificauit
ſicut tinea domũ ſuã: ⁊ ſicut cu-
ſtos fecit umbraculum. Diues
cum dormierit nichil ſecũ aufe-
ret. ap̄iet oculos ſuos et nichil
inueniet. Apprehendet eum q̃ſi
aqua inopia: nocte opprimet
eum tẽpeſtas. Tollet eũ ventus
urens et auferet: et velut turbo
rapiet eum de loco ſuo. Et mit-
tet ſup eum: ⁊ nõ parcet: de ma-
nu ei⁹ fugiẽs fugiet. Stringet
ſup eũ man⁹ ſuas: et ſibilabit
ſuper illum intuẽs locum ei⁹.
Habet argentũ XXVIII
venaꝝ ſuaꝝ principia: et
auro locus eſt in quo cõflatur.
Ferrũ de terra tollit᷑: et lapis ſo-
lutus calore in es vertit᷑. Tẽpus
poſuit tenebris: ⁊ vniũſoꝝ finẽ
ipſe cõſiderat. Lapidẽ quoq; ca-
liginis et umbrã mortis diui-
det torrens a pplo peregrinãte:
eos quos oblitus ẽ pes egẽtis
hoĩs et inuios. Terra de qua o-
riebat᷑ panis: in loco ſuo igni

ſubūſa ē locus ſaphiri lapides
eiꝰ: et glebe illiꝰ aurū. Semitā
ignorauit auis: nec intuitus ē
oculos vulturis. Non calcaue-
rūt eā filij inſtitoꝝ: nec ptranſi-
uit per eam leena. Ad ſilicem
extendit manū ſuā: ſubuertit a
radicibꝫ mōtes. In petris riuoſ
excidit et omne p̄cioſum vidit
oculus eius. Profūda quoqꝫ
fluuiorū ſcrutatus eſt: et abſcō-
dita pduxit in lucē. Sapientia
vero vbi inuenit̄: ⁊ q̄s eſt locuſ
intelligētie: Neſcit homo preci-
um eius: nec inuenitur in terra
ſuauit̄ viuentiū. Abiſſus dicit
nō eſt in me: ⁊ mare loquit̄ nō
ē mecū. Nō dabit̄ aurū obrizū
pro ea: nec appendet̄ argētum
in cōmutatione eius. Nō cōfe-
retur tinctis indie coloribꝫ: nec
lapidi ſardonico precioſiſſimo
uel ſaphiro. Non adequabit̄ ei
aurū uel vitrū: nec cōmutabū-
tur vaſa pro ea auri excelſa et
eminētia: nō cōmemorabunt̄
cōparatione eius. Trahit̄ autē
ſapiētia de occultis. Non adeq̄-
bitur ei topaſion de ethiopia:
nec tincture mundiſſime cōpo-
netur. Vnde ergo ſapiētia venit:
⁊ q̄s ē locꝰ intelligētie: Abſcon-
dita ē ab oculis oīm viuentiū:
volucres quoqꝫ celi latet. Per-
ditio et mors dixerūt: auribus
nr̄is audiuimꝰ famā eius. De-
us intelligit viā eius: et ipſe no-
uit locū illiꝰ. Ipſe enī fines mū-
di intuet̄: et oīa que ſub celo
ſunt reſpicit. Qui fecit vētis pō-
dus: et aquas appendit menſu-
ra. Quādo ponebat pluuijs le-
gem et viā pcellis ſonātibus:
tunc vidit illā et enarrauit: ⁊ p̄-
parauit ⁊ inueſtigauit. et dixit
homī. Ecce timor dn̄i ipa eſt ſa-
pientia: ⁊ recedere a malo itelli-

Addidit XXIX gentie.
quoqꝫ iob aſſumēs para-
bolam ſuā ⁊ dixit. Quis michi
tribuat ut ſim iuxta menſes p̄-
ſtinos: ſcdm̄ dies quibꝫ deꝰ cu-
ſtodiebat me: Quando ſplende-
bat lucerna eius ſup caput me-
um: et ad lumē eiꝰ ambulabā
in tenebris. Sicut fui in diebuſ
adoleſcētie mee: quādo deus ſe-
creto erat in tabernaculo meo.
Quādo erat oīpotēs mecū: ⁊
ī circuitu meo pueri mei. Quā-
do lauabā pedes meos butiro:
et petra fūdebat michi riuos o-
lei. Quādo pcedebā ad portā ci-
uitatis: et in platea parabant
cathedrā michi. Videbant me
iuuenes et abſcondebant̄: et ſe-
nes ſtabāt aſſurgētes. Princi-
pes ceſſabāt loqui: et digitum
ſuperponebant ori ſuo. Vocē
ſuā cohibebāt duces: ⁊ lingua
eoꝝ gutturi ſuo adherebat. Au-
ris audiens beatificabat me ⁊

oculus videns teſtimoniũ redde-
bat michi: eo q liberaſſem pau-
perē vociferantē: et pupillū cui
non eſſet adiutor. Benedictio
perituri ſup me veniebat: ⁊ cor
vidue cōſolatus ſum. Juſticia ī-
dut⁹ ſum: ⁊ veſtiui me ſicut ve-
ſtimēto ⁊ diademate iudicio me-
o. Ocľs fui ceco: et pes claudo.
Pater erā pauperū: et cauſam
quā neſciebā diligētiſſime īueſ-
tigabā. Cōterebā molas iniq:
et de dentib; illius auferebā pre-
dā. Dicebāq; ī nidulo meo mo-
riar: et ſicut palma multiplica-
bo dies. Radix mea aperta eſt
ſecus aquas: ⁊ ros morabitur
in meſſione mea. Gloria mea
ſemp īnouabit: et arcus meus
ī manu mea inſtaurabit. Qui
me audiebāt expectabāt ſentēci-
am: et intēti tacebāt ad cōſiliū
meum. Verbis meis addere ni-
chil audebant: ⁊ ſup illos ſtilla-
bat eloquiū meū. Expectabant
me ſicut pluuiā: et os ſuū apie-
bant quaſi ad ymbrē ſerotinū.
Si quādo ridebā ad eos nō cre-
debāt: et lux vultus mei nō ca-
debat in terrā. Si voluiſſem ire
ad eos ſedebā pmus. Cumq; ſe-
derem quaſi rex circūſtāte exerci-
tu: erā tamē merētiū cōſolator.

XXX

Nunc aūt deridēt
me iuniores tēpore: quo-
rum nō dignabar p̄res ponere
cū canibus gregis mei. Quorū
virtus manuū michi erat pro
nichilo: et vita ipa putabant ī-
digni. Egeſtate ⁊ fame ſteriles:
qui rodebāt in ſolitudine ſqua-
lentes calamitate ⁊ miſeria. Et
mādebant herbas ⁊ arborū cor-
tices: et radix iuniperorū erat ci-
bus eorū. Qui de cōuallib; iſta
rapiētes: cū ſingula reperiſſent.
ad ea cum clamore currebant.
In deſertis habitabāt torrētiū:
et in cauernis terre. uel ſup gla-
reā. Qui int huiuſcemodi leta-
bātur: ⁊ eſſe ſub ſentib; delicias
cōputabāt. Filij ſtultorū et ig-
nobiliū: et in terra penitus nō
parētes. Nūc in eorū canticum
verſus ſum: et factus ſum eis ī
prouerbiū. Abominant me ⁊
lōge fugiūt a me: et faciē meā
cōſpuere nō verent. Pharetrā
enī ſuā aperuit et afflixit me: ⁊
frenū poſuit in os meū. Ad dex-
trā orientis calamitatis mee ili-
co ſurrexerūt. Pedes meos ſu-
uerterūt: et oppſſerūt qſi fluctib;
ſemitis ſuis. Diſſipauerūt itine-
ra mea: inſidiati ſunt michi et
pualuerūt: et nō fuit qui ferret
auxiliū. Quaſi rupto muro et
aperta ianua irruerūt ſup me:
et ad meas miſerias deuoluti
ſunt. Redact⁹ ſum in nichilū.
Abſtuliſti quaſi ventus deſideri-
um meū: et velut nubes ptran-

ſit ſalus mea. Nunc aūt in me-
metipſo marceſcit aīa mea: et
poſſident me dies afflictionis.
Nocte os meū pforatur dolo-
rib;: ⁊ q̄ comedūt me nō dormi-
unt. In multitudine eorū cōſu-
mitur veſtimentū meū: et qua-
ſi capitio tunice ſic cīxerūt me.
Cōparatꝰ ſum luto: et aſſimu-
latus ſum fauille et cineri. Cla-
mo ad te et non exaudies me:
ſto et nō reſpicis me. Mutatus
es michi in crudelē: ⁊ in duricia
manus tue aduerſaris michi.
Eleuaſti me: ⁊ quaſi ſup ventū
ponēs eliſiſti me valide. Scio q̄-
a morti tradas me: ubi cōſtitu-
ta eſt domus om̄i viuēti. Verū-
tamē nō ad cōſumptionē eoꝝ
emittis manū tuā: et ſi corruerit
ipē ſaluabis. Flebā quōdam
ſup eo q̄ afflictus erat: et cōpa-
ciebatꝛ aīa mea pauperi. Expec-
tabam bona et venerūt michi
mala: p̄ſtolabar lucē et erupe-
rūt tenebre. Interiora mea efer-
buerūt abſq; ulla requie: p̄uene-
rūt me dies afflictionis. Merēs
incedebā: ſine furore ɔſurgēs.
in turba clamaui. Frat̄ fui dra-
conū: ⁊ ſocius ſtrucionū. Cutiſ
mea denigrata eſt ſup me: ⁊ oſ-
ſa mea aruerunt pre caumate.
Verſa eſt in luctū cythara mea:
et organum meum in vocem
flentium.

XXXI

Pepigi fedus cū oculis meis:
ut ne cogitarē quidem de
virgine. Quā enī partem habe-
ret in me deus deſuper: et heredi-
tatē om̄ipotēs de excelſis? Nun-
q̄d nō perdicio eſt iniquo: ⁊ ali-
enacio operantib; ī iuſticiā? Nō-
ne ipē conſiderat vias meas: ⁊
cūctos greſſus meos dinume-
rat? Si ambulaui in vanitate
et feſtinauit in dolo pes meus:
appendat me in ſtatera iuſta: ⁊
ſciat deus ſimplicitatē meā. Si
declinauit greſſus meus de via.
et ſi ſecutus eſt oculos meꝰ cor
meū. ⁊ ſi in manib; meis adhe-
ſit macula: ſerā ⁊ aliꝰ comedat:
et progenies mea eradicetꝛ. Si
deceptū ē cor meū ſup muliere:
et ſi ad hoſtiū amici mei inſidi-
atꝰ ſum: ſcortū alteriꝰ ſit uxor
mea. et ſup illā incuruentꝛ alij.
Hoc enim nephas eſt ⁊ iniq̄taſ
maxima: ignis uſq; ad p̄dicio-
nē deuorās: et om̄ia eradicans
genimina. Si cōtempſi ſubire
iudiciū cū ſeruo meo et ancilla
mea: cum diſceptarēt aduſum
me. Quid enī faciā cū ſurrexerit
ad iudicandū deus: ⁊ cum que-
ſierit q̄d reſpōdebo illi? Nunq̄d
nō ī utero fecit me q̄ et illū opa-
tus ē. et formauit me in vulua
unus? Si negaui q̄d volebant
paupib;: ⁊ oculos vidue expec-
tare feci. Si comedi buccellam

meam ſolus: ⁊ nō comedit pu-
pillus ex ea. Quia ab infantia
mea creuit mecū miſeratio: ⁊ de
utero mr̄is mee egreſſa ē mecū.
Si deſpexi ꝑtereūtē eo quod nō
habuerit indumentū: et abſq;
operimēto pauperē. Si nō be-
nedixerūt michi latera ei⁹: et de
uelleribȝ ouiū meaꝝ calefactus
eſt. Si leuaui ſup pupillū ma-
nū meā etiā cū viderē me in por-
ta ſuperiorē: humer⁹ me⁹ a iūc-
tura ſua cadat: et brachiū meū
cū ſuis oſſibȝ ꝯfringat̄. Semp
eīn quaſi tumētes ſup me fluc-
tus timui deū: ⁊ pōdus ei⁹ ferre
non potui. Si putaui aurū ro-
bur meū: ⁊ obrizo dixi fiducia
mea. Si letatus ſum ſup mł̄tis
diuitijs meis: et quia plurima
repperit man⁹ mea. Si vidi ſo-
lem cū fulgeret et lunā incedē-
tem clare. et letatū ē in abſcōdi-
to cor meū: ⁊ oſculat⁹ ſum ma-
nū meā ore meo. que ē iniq̄tas
maxima. et negatio cōtra deū
altiſſimū. Si gauiſus ſum ad
ruinā eius q̄ me oderat: et exul-
taui ꝙ inueniſſet eū malū. Non
eīn dedi ad peccādū guttur me-
um: ut expeterē maledicens ani-
mā eius. Si nō dixerūt viri ta-
bernaculi mei: q̄s det de carnibȝ
eius ut ſaturemur. Foris non
māſit peregrin⁹: oſtiū meū via-
tori patuit. Si abſcondi quaſi
homo pcc̄m meū: et celaui in ſi-
nu meo iniq̄tatē meā. Si expa-
ui ad multitudinē nimiā: et deſ-
pectio ꝓpinquorꝫ terruit me: et
nō magis tacui nec egreſſ⁹ ſū
oſtiū. Quis michi tribuat adiu-
torem ut deſideriū meū audiat
omīpotēs. et librū ſcribat ipſe
qui iudicat: ut in humero meo
portē illū ⁊ circūdem illū quaſi
coronam michi. Per ſingulos
gradus meos ꝓnūciabo illū:
⁊ quaſi ꝑncipi offerē eū. Si ad-
uerſum me t̄ra mea clamat: et
cū ipa ſulci ei⁹ deflēt. Si fructus
ei⁹ comedi abſq; pecunia: ⁊ ani-
mā agricolaꝝ eius afflixi: pro
frumēto oriat̄ michi tribulus:
et pro ordeo ſpina. XXXII

Omiſerunt aūt tres viri iſti
reſpōdere iob: eo ꝙ iuſtus
ſibi videret̄. Et irat⁹ indignat⁹
q; ē heliu fili⁹ barachel buzites
de cognatōne ram. Irat⁹ ē aūt
aduſum iob: eo ꝙ iuſtū ſe eſſe
diceret corā deo. Porro aduſū
amicos eius indignat⁹ ē eo ꝙ
nō īueniſſent reſpōſionē ratio-
nabilē: ſed tātūmodo cōdēnaſ-
ſent iob. Igit̄ heliu expectauit
iob loquētē: eo ꝙ ſeniores eēnt
q̄ loquebāt̄. Cū aūt vidiſſet qd̄
tres reſpōdere nō potuiſſent: ira-
tus eſt vehemēter. Reſpōdenſq;
heliu fili⁹ barachel buzites dix-
it. Iunior ſum tēpore: vos aūt

ātiq̄ores· Idcirco dimiſſo capi-
te verit⁹ ſū vobis indicare me-
am ſententiā· Sperabā enī q̄d
etas plixior loqueret̄: ⁊ annoꝝ
multitudo doceret ſapiētiā· Sed
ut video ſpirit⁹ eſt in hoīb;: ⁊
inſpiratio omīpotentis dat in-
telligētiā· Nō ſunt lōgeui ſapi-
ētes: nec ſenes ītelligūt iudiciū·
Ideo dicā audite me: oſtendā
vobis etiā ego meam ſcientiā·
Expectaui enī ſermones vr̄os:
audiui prudētiā vr̄am· Donec
diſceptaremini ſermonib; vr̄is: ⁊
donec putabā vos aliq̄d dicē
cōſiderabā· Sed ut video nō eſt
q̄ poſſit arguere iob: et reſpōde-
re ex vobis ſermonib; eius· Ne
forte dicatis īuenim⁹ ſapiētiā:
de⁹ piciet eū nō homo· Nichil
locutus eſt michi: ⁊ ego non ſe-
cūdū ſermones vr̄os reſponde-
bo illi· Extimuerūt· nec reſpōde-
rūt ultra: abſtulerūtq; a ſe elo-
quiū· Qm̄ igit̄ expectaui et nō
ſunt locuti· ſteterūt nec reſpon-
derunt ultra: reſpondebo ⁊ ego
partē meā: ⁊ oſtendā ſciētiā me-
am· Plenus ſum enī ſermoni-
bus: et coartat me ſpirit⁹ uteri
mei· En venter me⁹ q̄ſi muſtū
abſq; ſpiraculo: q̄d lagūculas
nouas dirumpit· Loquar ⁊ re-
ſpirabo paululū: aperiā labia
mea et reſpōdebā· Non accipiā
pſonam viri: et deū homini non
equabo· Neſcio enī quādiu ſb-
ſiſtam: ⁊ ſi poſt modicū tollat
me factor meus· XXXIII
Audi igit̄ iob eloq̄a mea:
⁊ oēs ſermones meos auſculta·
Ecce aperui os meū: loquatur
lingua mea in faucibus meis·
Simplici corde meo ſermones
mei: ⁊ ſentētiā labia mea purā
loquent̄· Spirit⁹ dei fecit me: et
ſpiraculū omīpotētis viuifica-
uit me· Si potes reſpōde michi:
et aduſus faciē meā cōſiſte· Ec-
ce et me ſicut et te fecit deus: ⁊ de
eodē luto ego quoq; formatus
ſum· Verūtamē miraculū me-
um nō te terreat: et eloquētia me-
a nō ſit tibi grauis· Dixiſti ergo
in aurib; meis: et vocē verboꝝ
tuoꝝ audiui· Mūdus ſum ego
⁊ abſq; delicto: īmaculat⁹· ⁊ nō
ē iniq̄tas in me· Quia querelas
in me repperit: ideo arbitratus
eſt me inimicū ſibi· Poſuit in
neruo pedes meos: cuſtodiuit
omnes ſemitas meas· Hoc eſt
ergo in quo nō es iuſtificatus·
Reſpōdebo tibi: q̄a maior ſit de-
us hoīe· Aduſum eū cōtendis:
q̄ nō ad oīa verba reſpōderit ti-
bi· Semel loquit̄ deus: et ſcd̄o
idipm̄ nō repetit· Per ſomniū
in viſione nocturna: quādo ir-
ruit ſopor ſup hoīes: et dormi-
unt ī lectulo· Tūc aperit aures
viroꝝ ⁊ erudiēs eos inſtruit di-

ſciplina: ut auertat hoīem ab
hiis que fecit. et liberet eū de ſu-
pbia: eruēs aīam ei⁹ a corrup-
tione. et vitā illius ut nō traſe-
at in gladiū. Increpat quoq; p
dolorē in lectulo: ⁊ omnia oſſa
eius marceſcere facit. Abomīa-
bilis ei fit in vita ſua panis: et
aīe illius cibus ante deſiderabi-
lis. Tabeſcet caro eius: ⁊ oſſa q̄
tecta fuerāt nudabunt̄. Appro-
pinquabit corruptioni aīa ei⁹:
et vita illius mortiferis. Si fuit
pro eo angelus loquēs vnū de
ſimilib; ut annūciet hoīs equi-
tatē: miſerebit̄ ei⁹ et dicet. Libe-
ra eū: ut nō deſcendat ī corrup-
tionē. Inueni in quo ei ꝓpicier.
Cōſumpta eſt caro ei⁹ a ſuppli-
ciis: reuertat̄ ad dies adoleſcen-
tie ſue. Depcabit̄ deū ⁊ placabi-
lis ei erit: ⁊ videbit faciē ei⁹ in iu-
bilo: ⁊ reddet homīi iuſticiā ſuā.
Reſpiciet hoīes et dicet. Pecca-
ui ⁊ vere deliqui: et ut erā dign⁹
non recepi. Liberauit aīam ſuā
ne pgeret in interitū: ſed viuens
lucē videret. Ecce hec omīa opa-
tur de⁹ trib; vicib; p ſingulos:
ut reuocet aīas eorū a corrupti-
one: et illuminet luce viuētiū.
Attende iob et audi me: et tace
dū ego loquor. Si autē habes
qd loquaris reſpōde michi. Lo-
quere. Volo enī te apparere iuſ-
tū. Qd ſi nō habes audi me: ta-
ce et docebo te ſapiētiā. XXXIIII

Pronūciās itaq; heliu etiā
hec locut⁹ ē. Audite ſapi-
entes verba mea: et erudiri auſ-
cultate me. Auris enim verba
probat: et guttur eſcas guſtu
diiudicat. Iudiciū eligam⁹ no-
bis: et inter nos videam⁹ qd ſit
melius. Quia dixit iob iuſtus
ſum: ⁊ de⁹ ſubuertit iudiciū me-
um. In iudicādo enī me mēda-
ciū eſt: violēta ſagitta mea abſ-
q; ullo peccato. Quis eſt vir ut
eſt iob qui bibit ſubſānationē
quaſi aquā: q̄ gradit̄ cū opan-
tib; iniq̄tatē ⁊ ambulat cū viris
impiis? Dixit enī non placebit
vir deo: etiā ſi cucurrerit cum eo.
Ideo viri cordati audite me. Ab-
ſit a deo impietas: ⁊ ab omīpo-
tēte iniq̄tas. Opus enī homīs
reddet ei: et iuxta vias ſingulo-
rū reſtituet eis. Vere enī de⁹ nō
cōdemnabit fruſtra: nec omni-
potēs ſubuētet iudiciū. Quē cō-
ſtituit aliū ſup terrā: aut quem
poſuit ſup orbē quē fabricat⁹
eſt? Si direxerit ad eum cor ſuū:
ſpiritū illius ⁊ flatum ad ſe tra-
het. Deficiet omīs caro ſimul:
et homo in cinerē reuertet̄. Si
habes ergo intellectū audi qd
dicit̄: ⁊ auſculta vocem eloquii
mei. Nūquid q̄ nō amat iudi-
ciū ſanari poteſt? Et quō tu eū q̄
iuſtus eſt intantū condemnas?

Qui dicit regi apoſtata: qui vo-
cat duces impios. Qui nō acci-
pit ꝑſonas ꝓncipū: nec cognouit tyrānū cū diſceptaret cōtra
pauperē. Opus enī manuū eiꝰ
ſunt uniuerſi. Subito morient̄:
⁊ in media nocte turbabūt̄ po-
puli: ⁊ ptranſibūt ⁊ auferēt violē-
tū abſq; manu. Oculi enī eiuſ
ſup vias hoīm: et oēs greſſus
eoꝝ cōſiderat. Nō ſunt tenebre
⁊ non eſt umbra mortis: ut ab
ſcōdant̄ ibi q̄ opant̄ iniq̄tatem.
Neq; enī ultra in hoīs poteſta
te ē: ut veniat ad deū in iudiciū.
Cōteret multos īnumerabiles:
⁊ ſtare faciet alios pro eis. No-
uit enī opa eoꝝ: et idcirco indu-
cet nocte et cōterent̄. Quaſi im-
pios. pcuſſit eos in loco viden-
tiū. Qui q̄ſi de induſtria receſſe-
rūt ab eo. et omēs vias eius in-
telligere noluerūt: ut peruenire
facerēt ad deū clamorē egeni: et
audiret vocē pauperū. Ipo enī
cōcedēte pacē: q̄s eſt q̄ cōdemnet:
Ex quo abſcōderit vultū: q̄s eſt
q̄ cōtemplet̄ eū: Et ſup gentes:
et ſup omēs hoīes. Qui regna-
re facit hominē ypocritā ꝓpter
peccata ꝓpli. Quia ergo ego lo-
cutus ſum ad deū: te quoq; nō
prohibebo. Si erraui tu doce
me. Si iniq̄tatē locutus ſum:
ultra nō addā. Nūq̄d a te deuſ
expetit eā: q̄a diſplicuit tibi: Tu
enī cepiſti loqui et nō ego. Quod
ſi q̄d noſti meliꝰ loq̄re. Viri in-
telligentes loquantur michi: ⁊
vir ſapiens audiet me. Iob au-
tem ſtulte locutus eſt: ⁊ verba il-
lius nō ſonāt diſciplinā. Pat̄
mi ꝓbetur iob uſq; ad finē: ne
deſinas ab hoīe iniquitatis: q̄
addit ſup peccata ſua blaſphe-
miā. Inter nos interim cōſtrin-
gat̄: ⁊ tūc ad iudiciū ꝓuocet ſer-
monibus ſuis deū. XXXV

Igitur heliu hec rurſum locutuſ
eſt. Nūquid equa videt̄ tibi tua
cogitatio: ut diceres iuſtior deo
ſum: Dixiſti enī. Nō tibi placet
qd̄ rectū ē. Vel q̄d tibi ꝓdeſt: ſi
ego peccauero: Itaq; ego reſpō-
debo ſermonib; tuis: et amicis
tuis tecū. Suſpice celū et intue-
re: ⁊ cōtemplare ethera q̄ altior
te ſit. Si peccaueris: q̄d ei noce-
bis: Et ſi multiplicate fuerīt iniq̄ta-
tes tue: q̄d facies cōtra eū: Por-
ro ſi iuſte egeris. quid donabiſ
ei: aut q̄d de manu tua accipiet:
Homī q̄ ſimilis tui eſt nocebit ī-
pietas tua: ⁊ filiū hoīs adiuua-
bit iuſticia tua. Propter multi-
tudinē calūniatoꝝ clamabūt:
et eiulabunt propter vim bra-
chij tyrānoꝝ. Et nō dixit ubi eſt
deꝰ q̄ fecit me: q̄ dedit carmina
in nocte. Qui docet nos ſup iu-
mēta terre: et ſup volucres celi
erudit nos. Ibi clamabūt ⁊ nō

exaudiet ꝓpter ſupbiā maloꝝ.
Non ergo fruſtra audiet deꝰ: ⁊
omīpotēs cauſas ſingulorꝝ in-
tuebit̄. Etiā cū dixeris nō ꝯſide
rat: iudicare corā illo. ⁊ expecta
eū. Nūc eni nō infert furorē ſu-
um: nec vlciſcit̄ ſcelꝰ valde. Er-
go iob fruſtra aperit os ſuū: ⁊
abſq; ſciētia verba mltiplicat.
Addēs q; heliu hec lo- XXXVI
cutus ē. Suſtine me pau-
lulū: et indicabo tibi. Adhuc e-
nim habeo qđ pro deo loquar.
Repetā ſcientiā meā a pncipio:
et opatorē meū ꝓbabo iuſtū.
Vere eni abſq; mēdatio ſermo-
nes mei: et pfecta ſciētia ꝓbabi-
tur tibi. Deꝰ potētes nō abicit
cū ⁊ ipe ſit potēs: ſed nō ſaluat
impios: et iudiciū paupib; tri-
buit. Nō auferet a iuſto oculoſ
ſuos: et reges in ſolio collocat
in perpetuū: et illic eligūt̄. Et ſi
fuerīt i cathenis et vinciāt̄ funi-
b; paupratis: indicabit eis ope-
ra eoꝝ et ſcelera eoꝝ: q̄a violēti
fuerūt. Reuelabit q; aurē eorū
ut corripiat: et loquet̄ ut reuer-
tant̄ ab iniq̄tate. Si audierint
et obſeruauerīt cōplebunt dieſ
ſuos in bono: et ānos ſuos in
gloria. Si aūt nō audierīt trā-
ſibūt per gladiū: et cōſumētur
in ſtulticia. Simulatores ⁊ cal-
lidi ꝓuocāt irā dei: neq; clama-
būt cū vincti fuerīt. Morietr̄ in
tēpeſtate aīa eoꝝ: et vita eoꝝ in-
ter effeminatos. Eripiet de āgu-
ſtia ſua pauperē: et reuelabit i
tribulatione aurē eius. Igitur
ſaluabit te de ore anguſto latiſ-
ſime: et nō habēte fūdamentū
ſubter ſe. Requies aūt̄ menſe
tue erit plena pinguedine. Cau-
ſa tua q̄ſi impij iudicata ē: cauſā
iudiciūq; recipies. Non te ergo
ſuperet ira ut aliquem opprimas:
nec multitudo donorum incli-
net te. Depone magnitudinem
tuam abſq; tribulatione: ⁊ om-
nes robuſtos fortitudine. Ne
protrahas noctē: ut aſcendant
ꝓpli p eis. Caue ne declines ad i-
niq̄tatē. Hāc eni cepiſti ſequi poſt
miſeriā. Ecce deus excelſus i for-
titudine ſua: ⁊ nullus ei ſimiliſ
in legiſlatoribus. Quis poterit
ſcrutari vias eius: aut quis po-
teſt ei dicere opatꝰ es iniq̄tatē?
Memēto q; ignores opus eiꝰ:
de quo cecinerūt viri. Oēs ho-
mines vidēt eū: vnuſquiſq; intu-
et̄ ꝓcul. Ecce deꝰ magnꝰ vincēs
ſcientiā nrām. Numerꝰ ānoꝝ
eius ineſtimabilis. Qui aufert
ſtellas pluuie ⁊ effūdit ymbreſ
ad inſtar gurgitum. Qui de nu-
bib; fluūt: q̄ pregūt cūcta deſu-
p. Si voluerit extendere nubes
quaſi tentoriū ſuū ⁊ fulgurare
lumine ſuo deſup: cardines quo-
q; maris operiet. Per hec eni iu-

dicat ipſos: et dat eſcā multis
mortalib; · In manibus abſcō-
dit lucem · et p̄cipit ei ut rurſus
adueniat · Annūciat de ea ami-
co ſuo q̄ poſſeſſio ei⁹ ſit: et ad
eam poſſit aſcendere ·

XXXVII

Super hoc expauit cor meū:
et emotū eſt de loco ſuo ·
Audiet auditionē in terrore vo-
cis ei⁹: et ſonū de ore illi⁹ procedē-
tē · Subter om̄es celos ipſe cōſi-
derat: ⁊ lumē illi⁹ ſup terminos
terre · Poſt eū rugiet ſonit⁹: to-
nabit voce magnitudinis ſue:
et nō īueſtigabit' cū audita fue-
rit vox ei⁹ · Tonabit de⁹ ī voce
ſua mirabilit': q̄ facit magna
⁊ inſcrutabilia · Qui precipit ni-
ui ut deſcendat ī terrā: et hiemis
pluuijs ⁊ imbri fortitudīs ſue ·
Qui ī manu oīm hoīm ſignat
ut nouerīt ſīguli opera ſua · In-
gredietur beſtia latibulū ſuū: ⁊
in antro ſuo morabit' · Ab inte-
riorib; egrediet' tēpeſtas: et ab
arcturo frigus · Flāte deo cōcreſ-
cit gelu: ⁊ rurſum latiſſime fun-
dunt' aque · Frumētum deſiderat
nubes: ⁊ nubes ſpargūt lumē
ſuū · Que luſtrāt cūcta p circui-
tū quocūq; eas volūtas guber-
nātis duxerit ad om̄e qd̄ p̄cepe-
rit illis ſup faciē orbis t̄rarū: ſi-
ue in una tribu ſiue ī t̄ra ſua · ſi-
ue ī q̄cūq; loco miſc̄die ſue eas
iuſſerit īueniri · Auſculta h̄ iob:
ſta ⁊ cōſidera mirabilia dei · Nū-
qd̄ ſcis q̄n̄do p̄cepit de⁹ pluuijs:
ut oſtenderēt lucem nubiū eius:
Nūquid noſti ſemitas nubiū
magnas: et perfectas ſciētias:
Nōne veſtimēta tua calida ſūt
cū pflata fuit' terra auſtro: Tu
forſitā cū eo fabricat⁹ es celos:
q̄ ſolidiſſimi quaſi ere fuſi ſūt ·
Oſtende nobis qd̄ dicam⁹ illi ·
Nos q̄ppe īuoluimur tenebris ·
Quis narrabit ei q̄ loquor: Eti-
am ſi locutus fuit' homo deuo-
rabit': at nūc nō vident lucē · Su-
bito aer coget' in nubes: et ven-
tus tranſiens fugabit eas · Ab
aquilone aurū veniet: et a deo
formidoloſa laudatio · Digne
eū īueniri non poſſum⁹ · Mag-
nus fortitudine et iudicio et iu-
ſticia: ⁊ enarrari nō poteſt · Ideo
timebūt eū viri: ⁊ non audebūt
cōtemplari om̄es q̄ ſibi videntur
eſſe ſapientes ·

XXXVIII

Reſpōdens aūt dn̄s iob de
turbine dixit · Quis ē iſte
inuoluens ſententias ſermoni-
b; imperitis: Accinge ſicut vir
lūbos tuos: interrogabo te: ⁊ re-
ſpōde michi · Ubi eras quando
ponebā fundamēta t̄re: Indica
michi ſi habes intelligētiā · Quis
poſuit menſuras eius ſi noſti:
vel q̄s tetendit ſup eam lineā:
Super quo baſes illi⁹ ſolidate
ſūt: Aut q̄s dimiſit lapidē āgu-

larem eiꝰ cū me laudarēt ſimul
aſtra matutina: ⁊ iubilarēt oēſ
filij dei: Quis cōcluſit oſtijs ma-
re quādo erūpebat quaſi de vul-
ua ꝓcedēs: cū ponerē nubē ve-
ſtimentū eius. et caligine illud
q̄ſi pannis infātie obuoluerē:
Circūdedi illud terminis meis:
⁊ poſui vectē et oſtia: ⁊ dixi. Vſ-
q; huc venies et nō ꝓcedes am-
plius: et hic cōfringes tumēteſ
fluctus tuos. Nūquid poſt or-
tū tuū p̄cepiſti diluculo ⁊ oſten
diſti aurore locū ſuū: ⁊ tenuiſti
cōcutiēs extrema t̄re. excuſſiſti ī-
pios ex ea: Reſtituet̄ ut lutū ſi-
gnaculū: ⁊ ſtabit ſicut veſtimē-
tū. Auferet̄ ab impijs lux ſua:
et brachiū excelſum cōfringet̄.
Nūquid ingreſſus eſt ꝓfundū
maris: et ī nouiſſimis abiſſi de-
ambulaſti: Nūquid aꝑte ſunt
tibi porte mortis: et oſtia tene-
broſa vidiſti: Nūq̄d cōſideraſti
latitudinē terre: Indica michi ſi
noſti oīa ī qua via lux habitet
⁊ tenebrarꝫ q̄s locꝰ ſit: ut ducaſ
vnūquodq; ad t̄minos ſuos. et ī-
telligas ſemitas domꝰ eiꝰ. Sci-
ebas tunc qđ naſciturꝰ eſſes: ⁊
numerū dierū tuorū noueras:
Nūquid īgreſſus es theſauroſ
niuis aut theſauros grādinis
aſpexiſti: que p̄paraui in tēpus
hoſtis. ī diē pugne et belli: Per
quā viam ſpergit̄ lux. diuidit̄
eſtus ſuper terrā: Quis dedit ve-
hētiſſimo ymbri curſum et viā
ſonātis tonitrui: ut plueret ſu-
p̄ terrā abſq; hoīe ī deſerto ubi
nullus mortaliū cōmorat̄: ut
impleret inuiā et deſolatā. et ꝓ-
duceret herbas virētes: Quis eſt
pluuie pater: uel q̄s genuit ſtil-
las roris: De cuiꝰ utero egreſſa
eſt glacies: et gelu de celo q̄s ge-
nuit: In ſimilitudinē lapidis a-
que durant̄: et ſup̄ficies abiſſi
conſtringit̄. Nūquid cōiūgere
valebis micantes ſtellas plia-
des: aut girū arcturi poteris diſ-
ſipare: Nūq̄d ꝓducis luciferū
in tēpore ſuo: ⁊ veſperū ſup̄ fili-
os terre cōſurgere facis: Nūq̄d
noſti ordinē celi: ⁊ pones ratio-
nē eiꝰ in t̄ra: Nūquid eleuabis
in nebulā vocē tuā: et impetuſ
aquarꝫ oꝑiet te: Nūq̄d mitteſ
fulgura et ibūt: et reuertētia di-
cēt tibi adſumꝰ: Quis poſuit in
viſceribꝫ hoīs ſapientiā: uel q̄s
dedit gallo intelligētiam: Quiſ
enarrabit celorꝫ rationē: ⁊ cōcē-
tū celi q̄s dormire faciet: Quādo
fūdebat̄ puluis in terrā: et gle-
be cōpingebant̄: Nūquid capi-
es leene predā. ⁊ aīam catulorꝫ
eius implebis: quādo cubāt in
antris et in ſpecubꝫ inſidiātur:
Quis p̄parat coruo eſcam ſuā:
quādo pulli eiꝰ clamāt ad deū
vagātes eo ꝙ nō habeāt cibos:

Nunq̄d noſti tem- XXXIX
pus partꝰ ibicū in petris:
uel parturiētes ceruas obſerua-
ſti? Dinumeraſti mēſes cōceptꝰ
earū: et ſciſti tēpus partus earū?
Incuruant̄ ad fetū et pariūt: et
rugitꝰ emittūt. Separant̄ filij
earū et pergūt ad paſtū: egredi-
unt̄ et nō reuertent̄ ad eas. Quis
dimiſit onagrū liberū: ⁊ vincu-
la eius q̄s ſoluit? Cui dedi in ſo-
litudine domū: et tabernacula
eiꝰ ī terra ſalſuginis. Cōtemnit
multitudinē ciuitatis: clamorē
exactoris nō audit. Circūſpicit
mōtes paſcue ſue: ⁊ virētia que-
q; ꝑquirit. Nūq̄d volet rinoce-
ros ſeruire tibi: aut morabit̄ ad
p̄ſepe tuū? Nunq̄d alligabis ri-
nocerotā ad arandū loro tuo:
aut cōfringet glebas uallium
poſt te? Nūq̄d fiduciā habebis
in magna fortitudine eius? Et
derelinques ei labores tuos? Nū-
q̄d credes illi qm̄ ſementē reddet
tibi: et areā tuā cōgreget? Pen-
na ſtrutionis ſimilis eſt pennis
herodij et accipitris. Quādo de-
relinquit oua ſua in t̄ra: tu forſi-
tā in puluere calefacies ea? Ob-
liuiſcit̄ q2 pes conculcet ea: aut
beſtia agri cōterat. Durat̄ ad fi-
lios ſuos quaſi nō ſint ſui: fru-
ſtra laborauit nullo timore co-
gente. Priuauit eī eam deꝰ ſa-
piētia: nec dedit illi intelligētiā.

Cum tempus fuerit ī altū alas
erigit: deridet equū ⁊ aſcenſorē ei-
us. Nūquid p̄bebis equo forti-
tudinē: aut circūdabis collo eius
hinnitū? Nūquid ſuſcitabis eū
quaſi locuſtas? Gloria nariū
eius terror: terrā ungula fodit.
Exultat audacter: in occurſum
pergit armatis. Cōtēnit pauo-
rem: nec cedit gladio. Sup ip-
ſū ſonabit pharetra: vibrabit
haſta et clipeus. Feruens ⁊ fre-
mens ſorbet terrā: nec reputat
tube ſonare clagorē. Ubi audi-
erit bucinā dicit vah: ꝓcul odo-
ratur bellū: exhortationē ducū:
et ululatū exercitus. Nūquid ꝑ
ſapientiā tuā plumeſcit accipi-
ter: expādens alas ſuas ad au-
ſtrum? Nunquid ad p̄ceptum
tuum eleuabitur aquila: et in
arduis ponet nidum ſuū? In pe-
tris manet. et ī p̄ruptis ſilicibꝫ
cōmorat̄: atq; īacceſſis rupibꝫ.
Inde cōtemplat̄ eſcā: et de lōge
oculi eius ꝓſpiciūt. Pulli eius
lambūt ſanguinē: et ubicunq;
cadauer fuit ſtati adeſt. Et adie-
cit dn̄s: ⁊ locutus ē ad iob. Nū-
quid q̄ cōtendit cū deo: tam faci-
le cōquieſcit? Uriq; q̄ arguit de-
um: debet ⁊ reſpōdere ei. Reſpō-
dens aūt iob dn̄o dixit. Qui le-
uiter locutꝰ ſum: reſpōdere q̄d
poſſum? Manū meā ponā ſup
os meū. Unū locutus ſum q̄d

utinā non dixiſſem: et alterū: q̄-
bus ultra nō addam· XL

Reſpōdens aūt dn̄s iob de
turbine dixit· Accinge ſi-
cut vir lūbos tuos: interrogabo
te: et indica michi· Nūquid irri-
tū facies iudiciū meū: ꝛ cōdēna-
bis me ut iuſtificeris: Et ſi habes
brachiū ſicut deus ꝛ voce ſimili to-
nas: circūda tibi decorē et ī ſubli-
me erigere: ꝛ eſto glorioſus ꝛ ſpe-
cioſus induere veſtibꝫ· Diſpge
ſupbos ī furore tuo et cōfunde
eos: et reſpiciēs oēm arrogātē
humilia· Reſpice cūctos ſuper-
bos ꝛ cōfūde eos: et contere impios
in loco ſuo· Abſcōde eos ī pul-
uere ſimul: et facies eorū demer-
ge in foueā: et ego cōfitebor q͞
ſaluare te poſſit dextera tua· Ec-
ce behemoth quē feci tecū: fenū
quaſi bos comedet· Fortitudo
ei⁹ in lūbis ei⁹: et uirtus illius
in umbilico vētris ei⁹· Stringit
caudā ſuā quaſi cedrū: nerui te-
ſticulorū ei⁹ perplexi ſunt· Oſſa
ei⁹ velut fiſtule eris: cartilago
illius quaſi lamine ferree· Ipe ē
pncipiū viarū dei· Qui fecit eum
applicabit gladiū ei⁹: huic mō-
tes herbas ferūt· Omēs beſtie a-
gri ludēt ibi: ſub umbra dormit
ī ſecreto calami· ī locis humēti-
bus· Protegūt umbre umbrā
eius: circūdabūt eū ſalices tor-
rētis· Ecce abſorbebit fluuiū et
nō mirabit: ꝛ habet fiduciā q͞
influat iordanis in os eius· In
oculis ei⁹ q̄ſi hamo capiet eū:
et in ſudibꝫ pforabit nares ei⁹.
An extrahere poteris leuiathā
hamo: et fune ligabis linguā
eius: Nūquid pones circulū in
naribꝫ eius: aut armilla pfora-
bis maxillā eius: Nūquid mul-
tiplicabit ad te pces: ut loquet
tibi mollia: Nūquid feriet tecū
pactū: et accipies eū ſeruū ſem-
piternū: Nūquid illudes ei qua-
ſi aui: aut ligabis eum ancillis
tuis: Concident eū amici: diuident il-
lū negociatores· Nūquid imple-
bis ſagenas pelle ei⁹: ꝛ gurgu-
ſtiū piſciū capite illi⁹: Pones
ſup eū manū tuā: Memēto bel-
li: nec ultra addas loqui· Ecce
ſpes ei⁹ fruſtrabit eū: ꝛ videntibꝫ
cūctis pcipitabit· XLI

Non quaſi crudelis ſuſcita-
bo eū· Quis eīm reſiſtere
poteſt vultui meo: ꝛ q̄s ante de-
dit michi ut reddā ei: Oīa que
ſub celo ſunt· Nō parcā ei ver-
bis potētibꝫ: ꝛ ad deprecādū cō-
poſitis· Quis reuelabit faciem
indumēti ei⁹: Et ī mediū oris ei-
us q̄s intrabit: Portas vultus
eius q̄s aperiet: Per girū dētiū
eius formido: corpus illi⁹ qua-
ſi ſcuta fuſilia· cōpactum ſqua-
mis ſe pmētibꝫ: Una uni cōiū-
git: et ne ſpiraculū quidē incedit

per eas. Vna alteri adherebit:
et tenētes ſe nequaꝙ̄ ſeperabū-
tur. Sternutatio eius ſplēdor
ignis: ⁊ oculi eius ut palpebre
diluculi. De ore eius lampades
procedūt. ſicut tede ignis accē-
ſe. De naribꝫ eius ꝓcedit fumus:
ſicut olle ſuccenſe atqꝫ feruētis.
Halitꝯ eiꝯ prunas ardere facit.
et flāma de ore eius egredit̄. In
collo eius morabit̄ fortitudo:
et faciē eiꝯ ꝑcedit egeſtas. Mem-
bra carniū eius coherētia ſibi.
Mittet contra eū fulmina: ⁊ ad
locū aliū nō ferent̄. Cor eius in-
durabit̄ tāꝙ̄ lapis: ⁊ ſtringet̄ ꝙ̄-
ſi malliatoris incus. Cū ſubla-
tus fuit timebūt angeli: et teriti
purgabūt̄. Cū apprehēderit eū
gladius ſubſiſtere nō poterit:
neqꝫ haſta neqꝫ torax. Reputa-
bit eīn quaſi paleas ferrū: ⁊ ꝙ̄ſi
lignū putridū es. Nō fugabit
eū vir ſagittariꝯ: in ſtipulā ver-
ſi ſunt ei lapides fūde. Quaſi ſti-
pulā eſtimabit malleū: et deride-
bit vibrantē haſtam. Sub ipſo
erunt radii ſolis: et ſternet ſibi
aurū quaſi lutū. Feruēſcere fa-
ciet quaſi ollā ꝓfundū maris:
ponet quaſi cum ungēta bulli-
unt. Poſt eū lucebit ſemita: eſti-
mabit abiſſum quaſi ſeneſcen-
tē. Nō ē ſup terrā poteſtas que
cōparet̄ ei: qui factꝯ ē ut nullū
timeret. Om̄e ſublime videt: ipſe
ē rex ſup uniūſos filios ſupbie.

XLII

Reſpōdēs autē
iob dn̄o dixit. Scio quia
oīa potes: et nulla te latet co-
gitatio. Quis eſt iſte ꝙ̄ celat cō-
ſiliū abſqꝫ ſciētia: Ideo inſipien-
ter locutus ſum: et ꝙ̄ ultra mo-
dū excederent ſcientiā meā. Au-
di et ego loquar: interrogabo te
et reſpōde michi. Auditu auris
audiui te: nūc autē oculus meꝯ
videt te. Idcirco ipſe me reprehē-
do: et ago penitentiā in fauilla
et cinere. Poſtꝙ̄ autē locutus ē
deus verba hec ad iob: dixit ad
eliphaz themanitē. Iratus ē fu-
ror meꝯ in te ⁊ in duos amicos
tuos: quī non eſtis locuti corā
me rectū ſicut ſeruus meꝯ iob.
Sumite ergo vobis ſeptē thau-
ros et ſeptē arietes: et ite ad ſer-
uū meū iob: et offerte olocauſ-
tū pro vobis. Iob autē ſeruus
meꝯ orabit ꝓ vobis. Faciē eiꝯ
ſuſcipiā: ut nō vobis imputet̄
ſtulticia. Neqꝫ enim locuti eſtis
ad me recta: ſicut ſeruus meus
iob. Abierunt ergo eliphaz the-
manites et baldach ſuites ⁊ ſo-
phar naamatites et fecerunt ſi-
cut locutus fuerat dn̄s ad eos:
et ſuſcepit deus faciē iob. Dn̄s
quoqꝫ cōuerſus eſt ad penitētiā iob:
cum oraret pro amicis ſuis. Et
addidit dn̄s oīa quecūqꝫ fu-
erāt iob duplicia. Venerūt au-

tem ad eū oīes fr̄es ſui ⁊ uniuͤ-
ſe ſorores ſue et cūcti qui noue-
rant eū prius: et comederūt cū
eo panē in domo eius· Et noue-
runt ſup eū caput: ⁊ conſolati
ſunt eum ſup omī malo qd̄ in-
tulerat dn̄s ſup eum: ⁊ dederūt
ei unuſquiſq; ouē unā et inau-
rem aureā unam· Dn̄s aūt be-
nedixit nouiſſimis iob magis
quā p̄ncipio eiꝰ· Et facta ſunt
ei quatuordeci milia ouiū et ſex
milia camelorū: et mille iuga
boū· et mille aſine: ⁊ fuerunt ei
ſeptem filij et tres filie· Et voca-
uit nomē uniꝰ diē: ⁊ nomen ſe-
cunde caſſiā: et nomē tercie cor-
nuſtibij· Nō ſunt autē inuente
mlieres ſpecioſe ſicut filie iob:
in uniūſa terra· Deditq; eis pa-
ter ſuus hereditatē inter fr̄es ea-
rū· Vixit autē iob poſt h̄ centū
quadraginta ānis: ⁊ vidit filios
ſuos et filios filiorꝫ ſuorū uſq;
ad quartā generationē: et mor-
tuus ē ſenex et plenus dierum·

Explicit liber iob. Incipit pro-
logus beati Jeronimi presbiteri
in psalterium·

Psalteriū rome du-
dum poſitꝰ emē-
darā: ⁊ iuxta ſep-
tuaginta īterp̄tes·
licet curſim· magna tamen ex
parte correxerā· Qd̄ q̄a rurſum
videtis o paula et euſtochium

ſcriptorꝫ vicio depravatū· plus-
q; antiquū errorē ꝗ̄ nouā emē-
dationē valere: me cogitis ut
veluti quodam nouali· ſciſſū iā
aruū exerceā· et obliquis ſulcis
renaſcētes ſpinas eradicē: equū
eſſe dicētes· ut qd̄ crebro pullu-
lat crebrius ſuccidat· Unde cō-
ſueta p̄facione cōmoneo· tam
vos quib; forte labor iſte deſu-
dat· quā eos qui exēplaria iſti-
uſmodi habere voluerint: ut q̄
diligēter emēdavi: cum cura et
diligentia trāſſcribātur· Notet
ſibi unuſquiſq; vel iacentē line-
am· vl' radiātia ſigna· id ē obe-
los· vel aſteriſcos: ⁊ ubicunq;
viderit virgulā p̄cedentē· ab ea
uſq; ad duo pūcta que impreſ-
ſimꝰ· ſciat in ſeptuaginta trāſla-
torib; plus haberi: ubi aūt per-
ſpexerit ſtelle ſilitudinē· de hebre-
is voluminib; additū nouerit
eque uſq; ad duo pūcta· iuxta
theodotonis dūtaxat editionē:
q̄ ſiplicitate ſermonis a ſeptua-
ginta interp̄tib; nō diſcordat·
Hec ergo ⁊ vobis ⁊ ſtudioſo cui-
iq; feciſſe me ſciēs· nō ambigo
multos fore· qui vl' inuidia vl'
ſupercilio malent contemnere ⁊
videre preclara quam diſcere: ⁊
de turbulento magis riuo quā
de puriſſimo fonte potare· Ex-
plicit prologus. Incipit liber
ymnorum vel ſoliloquior

Beatus vir qui
nō abijt in cō-
ſilio impioꝝ:
et ī via pcc̄oꝝ
nō ſtetit: et in
cathedra peſti-
lētie nō ſedit. Sed ī lege domi-
ni volūtas eiꝰ: et in lege eiꝰ me-
ditabit̄ die ac nocte. Et erit tā-
q̄ʒ lignū qđ plātatū eſt ſecus de-
curſus aquaꝝ: qđ fructum ſuū
dabit in tēpore ſuo. Et foliū ei-
us nō defluet: et oīa quecūqʒ
faciet pſperabūtur. Non ſic ī-
pij nō ſic: ſed tāq̄ʒ puluis quē
proicit vētꝰ a facie terre. Jdeo
non reſurgūt impij in iudicio:
neqʒ pcc̄ores in cōſilio iuſtorū.
Quoniā nouit dn̄s viā iuſtoꝝ:
et iter impioꝝ peribit. Pſ dauid
Quare fremuerūt gentes: et
pp̄li meditati ſūt inania:
Aſtiterūt reges terre ⁊ pncipes
cōuenerūt ī vnū: adūſus dn̄m
et adūſus xp̄m eius. Dirūpa-
mus vincula eoꝝ: ⁊ pijciamus
a nobis iugū ipoꝝ. Qui habi-
tat in celis irridebit eos: et dn̄s
ſubſānabit eos. Tunc loque-
tur ad eos in ira ſua: et in furo-
re ſuo ɔturbabit eos. Ego au-
tem ɔſtitutꝰ ſum rex ab eo ſup
ſyon mōtem ſanctū eius: predi-
cans pceptū eiꝰ. Dominꝰ dixit
ad me filiꝰ meus es tu: ego ho-
die genui te. Poſtula a me et
dabo tibi gentes hereditatē tuā:
⁊ poſſeſſionē tuā ťminos terre.
Reges eos ī virga ferrea: et tā-
q̄ʒ vas figuli ɔfringes eos. Et
nūc reges intelligite: erudimini
q̄ iudicatis terrā. Seruite dn̄o
in timore: et exultate ei cum tre-
more. Apprehēdite diſciplinā:
ne quando iraſcat̄ dn̄s et perea-
tis de via iuſta. Cum exarſerit
in breui ira eius: beati oēs q̄
cōfidūt in eo. Pſalmus dauid
cū fugeret a facie abſolō filij ſui.
Domine qđ multiplicati ſūt
q̄ tribulāt me: multi inſur-
gunt adūſum me. Multi dicūt
aīe mee: nō eſt ſalus ipſi in deo
eiꝰ. Tu autē dn̄e ſuſceptor me-
us es: gloria mea et exaltās ca-
put meū. Voce mea ad domi-
nū clamaui: et exaudiuit me de
mōte ſancto ſuo. Ego dormi-
ui ⁊ ſoporatꝰ ſum: et exurrexi
q̄a dn̄s ſuſcepit me. Non time-
bo milia pp̄li circūdātis me: ex-
urge dn̄e ſaluū me fac deꝰ meꝰ.
Quoniā tu pcuſſiſti oēs ad-
uerſantes michi ſine cauſa: dētes
pcc̄oꝝ ɔtriuiſti. Domini eſt ſa-
lus: et ſup pp̄lm tuū benedictio
tua. Jn finē in carminibus pſalmꝰ
Cum inuocarē exau- dauid.
diuit me deꝰ iuſticie mee:
in tribulatione dilataſti michi.
Miſerere mei: et exaudi oratio-
nē meā. Filij hoim uſqʒ quo

graui corde: ut qd diligitis va=
nitatē ⁊ q̄ritis mēdaciū: Et ſci
tote qm̄ mirificauit dn̄s ſcīm
ſuū: dn̄s exaudiet me cum cla=
mauero ad eū. Iraſcimini et
nolite peccare: q̄ dicitis in cordi=
bus vr̄is in cubilibꝫ vr̄is cōpū=
gimi. Sacrificate ſacrificiū iuſ=
ticie et ſperate in dn̄o: multi di=
cūt quis oſtendit nobis bona.
Signatū ē ſup nos lumē vul=
tus tui dn̄e: dediſti leticiā ī corde
meo. A fructu frumēti vini ⁊ o=
lei ſui: mltiplicati ſunt. In pa=
ce ī idipm̄: dormiā et requieſcā.
Quoniā tu dn̄e: ſingularit̄ in
ſpe cōſtituiſti me. In finē p ea
que hereditatē conſequitur pſ
Verba mea auribꝫ dauid.
percipe dn̄e: intellige cla=
morē meū. Intende voci ora=
tionis mee: rex me⁹ et de⁹ me⁹.
Quoniā ad te orabo dn̄e: ma=
ne exaudies vocē meā. Mane
aſtabo tibi et videbo: qm̄ nō de=
us volēs iniq̄tatē tu es. Neqꝫ
habitabit iuxta te malignus:
neqꝫ pmanebūt iniuſti āte ocu=
los tuos. Odiſti oēs q̄ opātur
iniq̄tatē: perdes omēs q̄ loquū=
tur mēdaciū. Virū ſanguinū
et doloſū abomiābit̄ dn̄s: ego
aūt in mltitudine miſcdie tue.
Introibo in domū tuā: adora=
bo ad tēplū ſcīm tuū in timore
tuo. Domine deduc me ī iuſtici

a tua: ꝑpter inimicos meos di=
rige in cōſpectu meo viā meā.
Quoniā nō eſt in ore eoꝝ veri=
tas: cor eoꝝ vanū ē. Sepulcrū
patēs ē guttur eoꝝ: linguis ſu=
is doloſe agebant: iudica illos
deus. Decidāt a cogitationibus
ſuis: ſcdm̄ mltitudinē impieta=
tū eoꝝ expelle eos: qm̄ irritaue=
rūt te dn̄e. Et letent̄ omēs qui
ſperāt in te: in eternū exultabūt
et habitabis in eis. Et gloria=
buntur in te omēs qui diligūt
nomē tuū: qm̄ tu benedices iu=
ſto. Domine: ut ſcuto bone vo=
lūtatis tue coronaſti nos. In
finē p carminibus pro octaua
Domine ne pſalm⁹ dauid
in furore tuo arguas me:
neqꝫ ī ira tua corripias me. Mi=
ſerere mei dn̄e qm̄ infirm⁹ ſū:
ſana me dn̄e qm̄ ↄturbata ſūt
oſſa mea. Et aīa mea turbata
ē valde: et tu dn̄e uſqꝫ quo: Cō=
uertere dn̄e et eripe aīam meā:
ſaluū me fac ꝑpter miſcdiā tuā.
Quoniā nō eſt in morte q̄ me=
mor ſit tui: in inferno aūt quiſ
cōfitebit̄ tibi: Laboraui in ge=
mitu meo: lauabo p ſingulas
noctes lectū meū: lacrimis meiſ
ſtratū meū rigabo. Turbatuſ
eſt a furore oculus meus: inue=
teraui int̄ oēs inimicos meos.
Diſcedite a me omēs q̄ opera=
mini iniquitatē: qm̄ exaudiuit

dñs vocē fletus mei. Exaudi=
uit dñs dꝑcationē meam: dñſ
orationē meā ſuſcepit. Erube=
ſcāt et cōturbent̄ vehemēter oēſ
inimici mei: cōuertant̄ et erube=
ſcāt valde velociter. In finē pſ
dauid quē cantauit p̄ vḃis chu
Domine deus ſi filij gemini.
meus in te ſperaui: ſaluū
me fac ex omnib; ꝑſequētibuſ
me et libera me. Ne quādo ra=
piat ut leo aīam meā: dum nō
eſt qui redimat neq; qui ſaluū
faciat. Domine deus meus ſi
feci iſtud: ſi eſt iniq̄tas in mani=
bus meis. Si reddidi retribuē=
tib; michi mala: decidā merito
ab inimicis meis inanis. Per=
ſequat̄ inimic⁹ aīam meā ⁊ cō=
p̄hēdat: et cōculcet in terra vi=
tam: et gloriā meā in puluerē
deducat. Exurge dñe ī ira tu=
a: ⁊ exaltare in finib; inimicoꝝ
meoꝝ. Exurge dñe deus me⁹
in precepto q̄d mādaſti: ⁊ ſyna=
goga ꝑploꝝ circūdabit te. Et
propt̄ hāc in altū regredere: do=
minus iudicat ꝑplos. Iudica
me dñe ſcd̄m iuſticiā meā: et ſe=
cundū innocentiā meā ſup me.
Conſumet̄ nequicia pc̄oꝝ: et
diriges iuſtū ſcrutās corda ⁊ re=
nes deus. Iuſtū adiutoriū me
um a dño: q̄ ſaluos facit rectoſ
corde. Deus iudex iuſtus fortiſ
et paciēs: nūq̄d iraſcit̄ ꝑ ſingu=
los dies. Niſi conuerſi fueritiſ
gladiū ſuū vibrauit: arcū ſuū
tetendit et parauit illū. Et ī eo
parauit vaſa mortis: ſagittaſ
ſuas ardētib; effecit. Ecce par=
turit iniuſticiā: cōcepit dolorē ⁊
peperit iniq̄tatē. Lacū aperuit
et effodit eum: ⁊ incidit in foue=
am q̄; fecit. Conuertet̄ dolor eiuſ
in caput eius: ⁊ in verticē ipſius
iniq̄tas eius deſcendet. Cōfite=
bor dño ſcd̄m iuſticiam eius: ⁊
pſallā nomī dñi altiſſimi. In fi
nē pſ dauid ꝓ torcularib⁹.
Domine dñs noſter: quā ā=
mirabile eſt nomē tuū in uniū=
ſa t̄ra. Quoniā eleuata eſt ma=
gnificētia tua: ſuper celos. Ex
ore infanciū ⁊ lactenciū ꝑfeciſti
laudē ꝓpter inimicos tuos: ut
deſtruas inimicū ⁊ ultorē. Quo=
niā videbo celos tuos opa digi=
toꝝ tuoꝝ: lunā ⁊ ſtellas que tu
fūdaſti. Quid eſt homo q᷑ me=
mor es eius: aut filius hoīs
q̄m viſitas eū. Minuiſti eū pau=
lominus ab angelis: gloria ⁊
honore coronaſti eū: ⁊ cōſtitui=
ſti eū ſup opera manuū tuarū.
Omnia ſubieciſti ſub pedibuſ
eius: oues et boues vniūſas: ī=
ſup ⁊ pecora cāpi. Volucres ce=
li et piſces maris: q̄ ꝑambulāt
ſemitas maris. Domine dñs
noſter: quā āmirabile ē nomē
tuū in vniūſa terra. In finem

pro occultis filij· pſalm⁹ dauid.

Confitebor tibi dñe in toto
corde meo: narrabo omĩa
mirabilia tua· Letabor ⁊ ex-
ultabo ĩ te: pſallã nomĩ tuo al-
tiſſime· In cõuertendo inimi-
cũ meũ retrorſum: infirmabũt
⁊ peribũt a facie tua· Quoniã
feciſti iudiciũ meũ ⁊ cauſã meã:
ſediſti ſup thronũ q̃ iudicas iu-
ſticiã· Increpaſti gẽtes et periit
impi⁹: nomẽ eoꝝ deleſti in eter-
nũ· et in ſeculũ ſeculi· Inimici
defecerunt framee in finẽ: ⁊ ciui-
tates deſtruxiſti· Periit memo-
ria eoꝝ cũ ſonitu: et dñs in eter-
nũ pmanet· Parauit in iudi-
cio thronũ ſuũ: ⁊ ipſe iudicabit
orbẽ terre in equitate: iudicabit
pplos in iuſticia· Et factus eſt
dñs refugiũ pauperi: adiutor
in oportunitatib; in tribulacio-
ne· Et ſperẽt in te qui nouerũt
nomẽ tuũ: qm̃ nõ dereliquiſti q̃-
rẽtes te dñe· Pſallite dño q̃ ha-
bitat in ſyon: annunciate inter
gẽtes ſtudia ei⁹· Quoniã requi-
rens ſanguinẽ eoꝝ recordatus
eſt: nõ eſt oblitus clamorẽ pau-
perũ· Miſerere mei dñe: vide hu-
militatẽ meã de inimicis meis·
Qui exaltas me de portis mor-
tis ut ãnũciẽ oẽs laudationes
tuas in portis filie ſyon· Exul-
tabo in ſalutari tuo: infixe ſũt
gẽtes in interitu quem fecerũt·

In laqueo iſto quẽ abſconde-
runt: cõprehenſus eſt pes eoꝝ·
Cognoſcet̃ dñs iudicia faciẽs:
in opib; manuũ ſuaꝝ cõprehe-
ſus ẽ peccator· Conũtãt̃ pecca-
tores in infernũ: omẽs gẽtes que
obliuiſcunt̃ deũ· Quoniã non
in finẽ obliuio erit paupis: pa-
ciencia pauperũ non pibit in fi-
nem· Exurge dñe nõ cõforte-
tur homo: iudicẽtur gẽtes ĩ cõ-
ſpectu tuo· Cõſtitue dñe legiſ-
latorẽ ſup eos: ut ſciant gentes
qm̃ hoĩes ſunt· Ut qd dñe re-
ceſſiſti longe: deſpicis in opor-
tunitatib; in tribulatione· Dũ
ſupbit impius incendit paup:
cõprehẽdũtur in cõſilijs quib;
cogitant· Quoniã laudat̃ pec-
cator in deſiderijs aĩe ſue: et ini-
quus benedicit̃· Exacerbauit
dñm peccator: ſcdm multitudi-
nẽ ire ſue non queret· Non eſt
deus in cõſpectu eius: inquinate
ſunt vie illius in omĩ tempore·
Auferũtur iudicia tua a facie
eius: omĩ inimicoꝝ ſuoꝝ domi-
nabit̃· Dixit enĩ in corde ſuo:
nõ mouebor a generatione in
generationẽ ſine malo· Cui⁹
maledictione os plenum eſt et
amaritudine ⁊ dolo: ſub ligua
eius labor ⁊ dolor· Sedet in in-
ſidijs cũ diuitib; in occultis: ut
interficiat innocentẽ· Oculi eius
in pauperẽ reſpiciũt: inſidiatur

in abſcōdito quaſi leo in ſpelū-
ca ſua. Inſidiat̄ ut rapiat pau-
perem: rapere pauperē dum at-
trahit eum. In laqueo ſuo hu-
miliabit eū: īclinabit ſe et cadet
cū dn̄atus fuit pauperū. Dixit
enī in corde ſuo oblitus ē deus:
auertit faciē ſuā ne uideat in fi-
nem. Exurge dn̄e deus ⁊ exul-
tetur manus tua: ne obliuiſca-
ris pauperē. Propter qd̄ irrita-
uit impius deū: dixit enī in cor-
de ſuo non requiret. Vides qm̄
tu laborē ⁊ dolorē cōſideras: ut
tradas eos in man⁹ tuas. Ti-
bi derelictus eſt pauper: orpha-
no tu eris adiutor. Cōtere bra-
chiū peccatoris et maligni: queret̄
peccatū illius ⁊ nō inueniet. Do-
minus regnabit in eternū et in
ſeculū ſeculi: peribitis gētes de
terra illius. Deſideriū pauperū
exaudiuit dn̄s: ꝑparationē cor-
dis eoꝝ audiuit auris tua. Iu-
dicare pupillo ⁊ humili: ut nō
apponat ultra magnificare ſe
homo ſup terrā. In finē pſ dd.
In dn̄o cōfido quō dicitis anime
mee: trāſmigra in montē ſicut
paſſer. Quoniā ecce peccatores ī-
tenderūt arcū: parauerūt ſagit-
tas ſuas in pharetra: ut ſagit-
tēt ī obſcuro rectos corde. Quo-
niā q̄ ꝑfeciſti deſtruxerūt: iuſtus
aūt qd̄ fecit. Dominus in tēplo
ſcō ſuo: dn̄s in celo ſedes ei⁹.

Oculi ei⁹ in pauperē reſpiciūt:
palpebre eius īterrogant filios
hoīm. Dn̄s interrogat iuſtū et ī-
piū: q̄ aūt diligit iniq̄tatē odit
aīam ſuam. Pluet ſup pecca-
tores laq̄os: ignis ⁊ ſulphur ⁊
ſpirit⁹ procellaꝝ pars calicis eo-
rum. Quoniā iuſtus dn̄s et iu-
ſticias dilexit: equitatem uidit
uultus eius. In finē pſ dauid
Saluū me fac dn̄e ꝓ octaua
quī defecit ſanctus: quī di-
minute ſūt ueritates a filiis ho-
minū. Vana locuti ſunt unuſ-
quiſq; ad ꝓximū ſuū: labia do-
loſa in corde ⁊ corde locuti ſunt
Diſꝑdat dn̄s uniu̇ſa labia do-
loſa: et linguā magniloquā.
Qui dixerūt linguā nr̄am ma-
gnificabim⁹: labia nr̄a a nobis
ſunt: q̄s noſter dn̄s eſt. Propt̄
miſeriā inopū ⁊ gemitū paupe-
rū: nūc exurgā dicit dn̄s. Po-
nā in ſalutari: fiducialiter agā
in eo. Eloquia dn̄i eloquia ca-
ſta: argentū igne examinatū:
probatū t̄re purgatū ſeptuplū.
Tu dn̄e ſeruabis nos et cuſto-
dies nos: a generatōne hac in
eternū. In circuitu impii am-
bulāt: ſcd̄m altitudinē tuā mul-
tiplicaſti filios hoīm. In finē pſ dd.
Uſq; quo dn̄e obliuiſceris
me in finē: uſq; quo auer-
tis faciē tuā a me: Quādiu po-
nā conſilia in aīa mea: dolorē

in corde meo ꝑ diē: Usque quo
exaltabit̄ inimic⁹ me⁹ ſup me:
reſpice ⁊ exaudi me dn̄e de⁹ me-
us. Illumīa oculos meos ne
unq̄ȝ obdormiā in mortem: ne
quādo dicat inimicus meus p̄-
ualui adūſus eum. Qui tribu-
lāt me exultabūt ſi motus fue-
ro: ego autē in miſcdia tua ſpe-
raui. Exultabit cor meū in ſa-
lutari tuo: cātabo dn̄o q̄ bona
tribuit michi: ⁊ pſallā nomī do-
mī altiſſimi. In finē pſ dauid.
Dixit inſipiēs in corde: nō ē
deus. Corrupti ſūt et ab-
omīabiles facti ſunt in ſtudiis
ſuis: nō eſt qui faciat bonū nō
eſt uſqȝ ad unū. Dn̄s de celo ꝓ-
ſpexit ſup filios hoīm: ut uide-
at ſi eſt intelligēs aut requirēs
deū. Omnes declinauerūt ſiml̄
inutiles facti ſunt: nō ē qui fa-
ciat bonū non eſt uſqȝ ad unū.
Sepulcrū patēs ē guttur eorū:
linguis ſuis doloſe agebāt: ve-
nenū aſpidū ſub labiis eorū.
Quoȝ os malediccione ⁊ ama-
ritudine plenū ē: ueloces pedes
eoȝ ad effūdendū ſanguinem.
Contricio et infelicitas ī uiis eo-
rū ⁊ uiā pacis nō cognouerūt:
nō eſt timor dei ante oculos eo-
rum. Nonne cognoſcēt omēs
q̄ opantur iniq̄tatē: q̄ deuorāt
plebē meā ſicut eſcam panis?
Dominū nō inuocauerūt: illic
trepidauerunt timore ubi non
erat timor. Quoniā dn̄s in ge-
neratione iuſta eſt: cōſiliū ino-
pis cōfudiſtis: qm̄ dn̄s ſpes ei-
us eſt. Quis dabit ex ſyon ſalu-
tare iſrl̄: cum auerterit dn̄s cap-
tiuitatē plebis ſue exultabit ia-
cob et letabit̄ iſrl̄. In finē pſ dd̄.
Domine quis habitabit in
tabernaculo tuo: aut q̄s
requieſcet in mōte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula: et
opatur iuſticiā. Qui loquitur
ueritatē in corde ſuo: q̄ nō egit
dolum in lingua ſua. Nec fecit
proximo ſuo malū: et obpro-
briū non accepit aduerſus ꝓxi-
mos ſuos. Ad nichilū deduct⁹
eſt in cōſpectu eius malignus:
timentes autē dn̄m glorificat.
Qui iurat ꝓximo ſuo et nō de-
cipit: qui pecuniā ſuā nō dedit
ad uſurā: et munera ſup inocē-
tem nō accepit. Qui facit hec:
nō mouebit̄ in eternū. Tituli i-
Conſerua me ſcripcō ipi dd̄.
dn̄e qm̄ ſperaui in te: dixi
dn̄o deus me⁹ es tu: qm̄ bono-
rū meoȝ non eges. Sanctis q̄
ſunt in terra ei⁹: mirificauit oēs
uoluntates meas in eis. Multi-
plicate ſunt infirmitates eorū:
poſtea accelerauerūt. Non cō-
gregabo cōuēticula eoȝ de ſan-
guinibȝ: nec memor ero nomi-
nū eoȝ ꝑ labia mea. Domin⁹

pars hereditatis mee et calicis
mei: tu es qui reſtitues heredita-
tem meā michi. Funes cecide-
rūt michi in p̄claris: etenī here-
ditas mea p̄clara ē michi. Be-
nedicā dn̄m q̄ tribuit michi in-
tellectū: inſup et uſq; ad noctē
īcrepuerūt me renes mei. Pro-
uidebā dn̄m in conſpectu meo
ſemp: qm̄ a dextris eſt michi ne
cōmouear. Propt̄ hoc letatū
eſt cor meū et exultauit lingua
mea: inſup et caro mea requie-
ſcet in ſpe. Quoniā non dereli-
ques aīam meā in inferno: nec
dabis ſanctū tuū uidere corrup-
tionē. Notas michi feciſti uiaſ
uite: adimplebis me leticia cū
uultu tuo: delectacōnes in dexte-
ra tua uſq; in finē. Pſ̄ dauid

Exaudi dn̄e iuſticiā meam:
īntende dep̄cationē meam.
Auribꝫ p̄cipe orationē meā:
nō in labijs doloſis. De uultu
tuo iudiciū meū prodeat: oculi
tui uideāt equitatē. Probaſti
cor meū et uiſitaſti nocte: igne
me examinaſti et nō eſt inuēta
in me iniq̄tas. Et nō loquat̄
os meū opa hoīm: ꝓpter uerba
labiorꝫ tuorū ego cuſtodiui ui-
as duras. Perfice greſſus me-
os in ſemitis tuis: ut nō moue-
ant̄ ueſtigia mea. Ego clama-
ui qm̄ exaudiſti me deus: incli-
na aurē tuā michi ⁊ exaudi uer-
ba mea. Mirifica miſcdias tu-
as: q̄ ſaluos facis ſperātes ī te.
A reſiſtētibꝫ dextere tue cuſtodi
me: ut pupillā oculi. Sub um-
bra alarꝫ tuarꝫ ꝓtege me: a fa-
cie impiorꝫ q̄ me afflixerūt. In-
imici mei aīam meā circūdede-
rūt: adipē ſuū ꝯcluſerūt: os eo-
rum locutū eſt ſupbiā. Proici-
entes me nūc circūdederūt me:
oculos ſuos ſtatuerūt declina-
re in terrā. Suſceperūt me ſicut
leo paratus ad predā: et ſicut
catulus leonis habitās ī abdi-
tis. Exurge dn̄e p̄ueni eum ⁊
ſupplāta eum: eripe aīam meā
ab īpio: frameā tuā ab inimi-
cis manus tue. Dn̄e a paucis
de terra diuide eos in uita eorū:
⁊ de abſcōditis tuis adimplet⁹
eſt uenter eorū. Saturati ſunt
filijs: et dimiſerūt reliquias ſu-
as paruulis ſuis. Ego aūt in
iuſticia apparebo ꝯſpectui tuo:
ſaciabar cū apparuerit gloria
tua. In finē puero dn̄i dauid q̄
locut̄ ē dn̄o v̄ba cantici huius
in die qua eripuit eū dn̄s de
manu ſaul ⁊ om̄i inimicorꝫ ei⁹ ⁊ dix.

Diligā te dn̄e fortitudo
mea: dn̄s firmamētū me-
um et refugiū meū et liberator
meus. Deus me⁹ adiutor me-
us ⁊ ſperabo in eū. Protector
me⁹ et cornu ſalutis mee: et ſu-
ſceptor meus. Laudās inuoca-

bo dn̄m: ⁊ ab inimicis meis ſal-
uꝰ ero. Circūdederūt me dolores
mortis: et torrētes iniq̄tatis cō-
turbauerūt me. Dolores infer-
ni circūdederūt me: p̄occupaue-
runt me laquei mortis. In tri-
bulatione mea īuocaui dn̄m:
et ad deū meū clamaui. Et ex-
audiuit de tēplo ſancto ſuo vo-
cem meā: ⁊ clamor meus in cō-
ſpectu eiꝰ ītroiuit in aures eiꝰ.
Commota eſt et cōtremuit ter-
ra: fūdamēta mōtiū ꝯturbata
ſunt et cōmota ſunt: qm̄ iratꝰ
eſt eis. Aſcendit fumꝰ in ira ei-
us: ⁊ ignis a facie eius exarſit:
carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
Inclinauit celos ⁊ deſcendit: ⁊
caligo ſub pedib; eiꝰ. Et aſcē-
dit ſup cherubī ⁊ volauit: vola-
uit ſup pēnas vētoꝝ. Et poſuit
tenebras latibulū ſuū. ī circuitu
eiꝰ tabernaculū eiꝰ: tenebroſa
aqua in nubib; aeris. Pre ful-
gore in cōſpectu eius nubes trā-
ſierūt: grādo ⁊ carbones ignis.
Et intonuit de celo dn̄s: et altiſ-
ſimus dedit vocē ſuā: grando ⁊
carbones ignis. Et miſit ſagit-
tas ſuas et diſſipauit eos: ful-
gura multiplicauit et cōturba-
uit eos. Et apparuerūt fontes
aquaꝝ: et reuelata ſunt funda-
mēta orbis terraꝝ. Ab increpatio-
ne tua dn̄e: ab inſpiracōne ſpi-
ritus ire tue. Miſit de ſummo ⁊
accepit me: et aſſumpſit me de
aquis multis. Eripuit me de
inimicis meis fortiſſimis ⁊ ab
hiis qui oderunt me: qm̄ cōfor-
tati ſunt ſup me. Preuenerūt
me in die afflictionis mee: ⁊ fa-
ctus eſt dn̄s protector meus. Et
eduxit me in latitudinē: ſaluū
me fecit qm̄ voluit me. Et retri-
buet michi dn̄s ſecūdū iuſticiā
meā: et ſcd̄m puritatē manuū
meaꝝ retribuet michi. Quia cu-
ſtodiui vias dn̄i: nec īpie geſſi
a deo meo. Quoniā oīa iudi-
cia eius in cōſpectu meo: ⁊ iuſti-
cias eiꝰ nō repuli a me. Et ero
īmaculatus cū eo: ⁊ obſeruabo
me ab iniq̄tate mea. Et retribu-
et michi dn̄s ſcd̄m iuſticiā meā:
⁊ ſcd̄m puritatē manuū meaꝝ
in ꝯſpectu oculoꝝ eius. Cum
ſancto ſanctus eris: et cum vi-
ro innocēte innocēs eris. Et cū
electo electus eris: et cū pūſo ꝑ-
uerteris. Quoniā tu pp̄lm humi-
lem ſaluū facies: ⁊ oculos ſup-
boꝝ humiliabis. Quoniā tu
illuminas lucernā meā dn̄e: de-
us meꝰ illumina tenebras me-
as. Quoniā in te eripiar a tē-
tatione: et in deo meo trāſgredi-
ar murū. Deus meꝰ impollu-
ta via eiꝰ: eloquia dn̄i igne ex-
aminata: protector ē oīm ſperā-
tiū in ſe. Quoniā q̄s deus preter
dn̄m: aut q̄s deus preter deum

nrm· Deus qui p̄cinxit me vir-
tute: ⁊ posuit īmaculatā viam
meā· Qui perfecit pedes meos
tanq̄ꝫ ceruorū: ⁊ sup excelsa sta-
tuēs me· Qui docet man⁹ me-
as ad preliū: ⁊ posuisti ut arcū
ereum brachia mea· Et dedisti
michi ꝓtectionē salutis tue: et
dextera tua suscepit me· Et dis-
ciplina tua correxit me in finē:
⁊ disciplina tua ipa me docebit
Dilatasti gressus meos sbtus
me: et nō sūt infirmata vestigi
a mea· Persequar inimicos me-
os et cōprehēdā illos: ⁊ nō con-
uertar donec deficiāt· Confrin-
gam illos nec poterūt stare: ca-
dent subtus pedes meos· Et p̄-
cinxisti me virtute ad bellum: et
supplātasti insurgētes in me sb-
tus me· Et inimicos meos de-
disti michi dorsum: et odientes
me disꝑdidisti· Clamauerunt
nec erat q̄ saluos faceret ad do-
minū: nec exaudiuit eos· Et
cōminuā eos in puluerē āte fa-
ciē venti: ut lutū plateaꝝ delebo
eos· Eripies me de cōtradictio-
nibꝫ ꝑpli: cōstitues me in caput
gentiū· Populus quē nō cog-
noui seruiuit michi: in auditu
auris obediuit michi· Filii ali-
enī mētiti sunt michi: filii alieni
īueterati sunt: ⁊ claudicauerūt
a semitis suis· Uiuit dñs ⁊ be-
nedict⁹ deus meus: et exaltetur
deus salutis mee· Deus q̄ das
vindictas michi ⁊ sbdis ꝑplos
sub me: liberator me⁹ de inimi-
cis meis iracūdis· Et ab insur-
gentibꝫ in me exaltabis me: a
viro iniquo eripies me· Prop-
terea ꝯfitebor tibi in nationibꝫ
dñe: et nomīi tuo psalmū dicā·
Magnificās salutes regis ei⁹:
et faciens miscdiam xp̄o suo
dauid: et semini eius usqꝫ in se-
culū· In finē psalmus dauid·
Celi enarrāt gloriam dei: et
opa manuū ei⁹ ānūciat
firmamētū· Dies diei eructat
verbū: et nox nocti indicat sciē-
tiam· Non sunt loquele neqꝫ
sermones: quoꝝ nō audiātur
voces eoꝝ· In oēm trā exiuit
sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis tre
verba eorū· In sole posuit ta-
bernaculū suū: ⁊ ipē tanqꝫ spō-
sus ꝓcedens de thalamo suo·
Exultauit ut gygas ad currē-
dā viā: a summo celo egressio
eius· Et occursus ei⁹ usqꝫ ad
summū eius: nec est q̄ se abscō-
dat a calore eius· Lex dñi ima-
culata ꝯuertēs aīas: testimoni-
um dñi fidele sapientiā p̄stans
paruulis· Iusticie dñi recte le-
tificātes corda: p̄ceptū dñi luci-
dū illuminās oculos· Timor
dñi sanctus ꝑmanēs in seculū
seculi: iudicia dñi vera iustifica-
ta i semetipa· Desiderabilia su-

per aurū ⁊ lapidē ꝑcioſū mltū:
et dulciora ſuper mel et fauū·
Etenī ſeruus tuus cuſtodit ea:
in cuſtodiendis illis retributio
multa· Delicta quis intelligit:
ab occultis meis munda me: ⁊
ab alienis parce ſeruo tuo· Si
mei nō fuerīt dn̄ati tūc imma-
culat⁹ ero: ⁊ emūdabor a delic
to maximo· Et erūt ut cōpla-
ceant eloquia oris mei: ⁊ medi-
tacio cordis mei in cōſpectu tu-
o ſemꝑ· Domine adiutor me-
us: et redēptor meus· In finē pſal
Exaudiat te mus dauid·
dn̄s in die tribulationis:
protegat te nomen dei iacob·
Mittat tibi auxiliū de ſancto: ⁊
de ſyon tueatur te· Memor ſit
om̄is ſacrificij tui: et olocauſtū
tuū pingue fiat· Tribuat tibi
ſcḋm cor tuū: et om̄e cōſiliū tu-
um cōfirmet· Letabimur ī ſa-
lutari tuo: et in noīe dei nr̄i ma-
gnificabimur· Impleat dn̄s
om̄es peticōes tuas: nūc cog-
noui qm̄ ſaluū fecit dn̄s criſtū
ſuū· Exaudiet illū de celo ſanc-
to ſuo: in potētatibꝫ ſaluus dex-
tere eius· Hij in curribꝫ ⁊ hij in
equis: nos aūt ī noīe dei noſtri
inuocabim⁹· Ipſi obligati ſūt
et ceciderūt: nos aūt ſurreximus
et erecti ſumus· Dn̄e ſaluū fac
regē: et exaudi nos in die qua
inuocauerim⁹ te· In finē pſ dd.

Domine in virtute tua leta-
bitur rex: et ſup ſalutare
tuū exultabit vehemēter· Deſi-
deriū cordis ei⁹ tribuiſti ei: ⁊ vo-
lūtate labiorū ei⁹ nō fraudaſti
eum· Quoniā ꝑueniſti eum in
benedictionibꝫ dulcedinis: po-
ſuiſti in capite ei⁹ coronā de la-
pide ꝑcioſo· Uitā peciit a te et
tribuiſti ei: lōgitudinē dierū in
ſeculū et in ſeculū ſeculi· Mag-
na gloria eius in ſalutari tuo:
gloriā et magnū decorē impo-
nes ſup eum· Quoniā dabis
eum in benedictionē ī ſeculū ſe-
culi letificabis eum in gaudio
cum vultu tuo· Quoniam rex
ſperat in dn̄o: et in miſcḋia al-
tiſſimi non cōmouebit· Inue-
niatur man⁹ tua om̄ibꝫ inimi-
cis tuis: dextera tua inueniat oēs
q̄ te oderūt· Pones eos ut cliba-
nū ignis in tempore vultus tui:
dn̄s in ira ſua cōturbabit eos:
et deuorabit eos ignis· Fruc-
tum eoꝝ de terra perdes: ⁊ ſemē
eorū a filijs hoim· Quoniam
declinauerūt in te mala: cogita-
uerūt cōſilia que nō potuerunt
ſtabilire· Quoniā pones eos
dorſum: in reliquijs tuis prepa-
rabis vultū eoꝝ· Exaltare do-
mine in virtute tua: cātabimus
et pſallem⁹ virtutes tuas· In finē
pſalmus dauid pro ſuſceptione
matutina

Deus deus meus reſpice in
me: quare me dereliquiſti:
lōge a ſalute mea verba delicto-
rum meoꝝ. Deus me⁹ clama-
bo per diem et nō exaudies: et
nocte ⁊ nō ad inſipiētiā michi.
Tu autem in ſancto habitas:
laus iſrl. In te ſperauerūt pa-
tres noſtri: ſperauerūt ⁊ libera-
ſti eos. Ad te clamauerunt et
ſalui facti ſunt: in te ſperauerūt
⁊ nō ſūt cōfuſi. Ego aūt ſum
ūmis ⁊ nō homo: obprobriū
hoīm ⁊ abiectio plebis. Omēs
vidētes me deriſerunt me: locuti
ſunt labiis et mouerūt caput.
Sperauit in dn̄o eripiat eum:
ſaluū faciat eū qm̄ vult eum.
Quoniam tu es qui extraxiſti
me de vētre: ſpes mea ab uberi-
bȝ mřis mee: in te ꝓiectus ſum
ex utero. De vētre mřis mee de-
us meus es tu: ne diſceſſeris a
me. Quoniā tribulatio proxi-
ma eſt: qm̄ nō eſt qui adiuuet.
Circūdederūt me vituli multi:
thauri pingues obſederūt me.
Aperuerunt ſup me os ſuū: ſi-
cut leo rapiēs et rugiēs. Sicut
aqua effuſus ſum: et diſperſa
ſunt oīa oſſa mea. Factum
ē cor meū tanq̄ȝ cera liqueſcēs:
in medio vētris mei. Aruit tā-
q̄ȝ teſta virtus mea: ⁊ ligua me-
a adheſit faucibȝ meis ⁊ in pul-
uerē mortis deduxiſti me. Quo-
niā circūdederūt me canes mul-
ti: ↄciliū malignantiū obſedit
me. Foderūt manus meas et
pedes meos: dinumerauerunt
oīa oſſa mea. Ipſi vero ↄſi-
derauerūt et inſpexerunt me: di-
uiſerūt ſibi veſtimēta mea: ⁊ ſu-
p veſtē meā miſerūt ſortē. Tu
aūt dn̄e ne elōgaueris auxiliū
tuū: ad defenſionē meā ↄſpice.
Erue me a framea deus aīam
meā. Salua me ex ore leonis:
et a cornibȝ unicorniū humili-
tatē meā. Narrabo nomē tuū
frībus meis: in medio eccleſie
laudabo te. Qui timetis dn̄m
laudate eum: uniūſum ſemen
iacob glorificate eū. Timeat
eū oīe ſemen iſrl: qm̄ nō ſpre-
uit neqȝ deſpexit depcationem
paupis. Nec aūtit faciē ſuā a
me: ⁊ cū clamarē ad eum exau-
diuit me. Apud te laus mea ī
eccleſia magna: vota mea red-
dam in ↄſpectu timentiū eum.
Edent paupes et ſaturabūtur
et laudabūt dn̄m qui requirūt
uiuēt corda eoꝝ in ſeculū ſeculi.
Reminiſcent̄ et conuertent̄ ad
dn̄m: uniūſe fines trē. Et ado-
rabūt in cōſpectu eius: uniuer-
ſe familie gentiū. Quoniā do-
mini eſt regnū: ⁊ ipſe dn̄abitur
gentiū. Manducauerūt et ado-
rauerūt oēs pingues terre: ī cō-
ſpectu eius cadent omēs q̄ deſcē-

dñr in terrã· Et aĩa mea illi vi-
uet: ⁊ ſemẽ meũ ſeruiet ipſi· An-
nũciabit̃ dño generatio uentu-
ra: ⁊ annũciabũt celi iuſticiã eiꝰ
ꝑplo qui naſcetur quẽ fecit dñs·
Dominꝰ Pſalmus dauid
regit me ⁊ nichil michi de-
erit: in loco paſcue ibi me collo-
cauit· Sup aquã refectionis e-
ducauit me: aĩam meã cõuertit·
Reduxit me ſup ſemitas iuſti-
cie: ꝑpter nomẽ ſuũ· Nam ⁊ ſi
ambulauero in medio umbre
mortis non timebo mala: qñ
tu mecũ es· Uirga tua et bacu-
lus tuus: ipſa me cõſolata ſũt·
Paraſti in cõſpectu meo men-
ſam: adũſus eos qui tribulãt
me· Impĩguaſti ĩ oleo caput
meũ: ⁊ calix meus ĩebriãs quã
ꝑclarus eſt· Et miſcdia tua ſb-
ſequetur me: omĩb; dieb; vite
mee· Et ut inhabitẽ in domo
dñi: in lõgitudine dierũ· Pſal
mus dauid in ꝑma ſabbati·
Domini ẽ terra ⁊ plenitudo
eius: orbis terrarꝫ ⁊ uniũ-
ſi q̃ habitãt in eo· Quia ipſe ſu-
per maria fũdauit eũ: et ſuper
flumina ꝑparauit eũ· Quis aſ-
cendit ĩ mõtem dñi: aut q̃s ſta-
bit in loco ſancto eius· Inno-
cens manib; ⁊ mũdo corde: qui
non accepit in vano aĩam ſuã:
nec iurauit in dolo ꝓximo ſuo·
Hic accipiet benedictionẽ a do-
mino: et miſcdiam a deo ſaluta-
ri ſuo· Hec eſt generatio querẽ-
tiũ eũ: querentiũ faciẽ dei iacob·
Attollite portas principes ve-
ſtras: ⁊ eleuamĩ porte eternales:
et introibit rex glorie· Quis eſt
iſte rex glorie: dñs fortis et po-
tens: dñs potẽs in ꝓlio· Attol-
lite portas ꝑncipes vr̃as: ⁊ ele-
uamini porte eternales: ⁊ introi-
bit rex glorie· Quis eſt iſte rex
glorie: dñs virtutũ ipſe eſt rex
glorie· In finẽ pſalmus dauid
Ad te dñe leuaui aĩam me-
am: deus meus in te cõfi-
do nõ erubeſcã· Neq; irrideant
me inimici mei: etenim vniũſi
q̃ ſuſtinẽt te nõ cõfundent̃· Cõ-
fũdãtur omẽs iniqua agẽtes:
ſup vacue· Uias tuas dñe de-
mõſtra michi: et ſemitas tuas
edoce me· Dirige me ĩ veritate
tua et doce me: q̄a tu es deꝰ ſal-
tor meus: ⁊ te ſuſtinui tota die·
Reminiſcere miſerationũ tua-
rũ dñe: ⁊ miſcdiarꝫ tuarꝫ que a
ſeculo ſunt· Delicta iuuẽtutis
mee ⁊ ignorãtias meas: ne me-
mineris· Secundũ miſcdiam
tuã memẽto mei tu: ꝑpter boni-
tatẽ tuã dñe· Dulcis et rectus
dñs: ꝑpter hoc legẽ dabit delin-
quẽtib; in via· Diriget manſue-
tos in iudicio: docebit mites vi-
as ſuas· Uniũſe vie dñi miſe-
ricordia et veritas: requirẽtib;

testamentū ei⁹ ⁊ testimonia ei⁹.
Propter nomē tuū dñe ꝓpici-
aberis pctō meo: multū est eñ
Quis ē homo qui timet dñm:
legē statuit ei in via quā elegit.
Anima eius in bonis demora-
bit: et semē ei⁹ hereditabit trā.
Firmamētū ē dñs timētib; eū:
et testamētū ipsius ut manifeste-
tur illis. Oculi mei semꝑ ad do-
minū: qm̄ ipse euellet de laqueo
pedes meos. Respice in me et
miserere mei: qȝ unicus et pau-
per sum ego. Tribulationes
cordis mei multiplicati sunt: de
necessitatib; meis erue me. Vi-
de humilitatē meā et laborē meū:
et dimitte uniūsa delicta mea.
Respice inimicos meos quo-
niā multiplicati sunt: ⁊ odio ini-
quo oderunt me. Custodi ani-
mā meā ⁊ erue me: nō erubescā
qm̄ speraui in te. Innocētes ⁊
recti adheserunt michi: qȝ susti-
nui te. Libera deus isrl̄: ex om-
nib; tribulationib; suis. ps dd.
Iudica me dñe qm̄ ego in inno-
cētia mea ingressus sum: ⁊ ī do-
mino sperās non infirmabor.
Proba me dñe et tempta me:
ure renes meos et cor meum.
Quoniā misericordia tua ante ocu-
los meos est: ⁊ cōplacui in veri-
tate tua. Non sedi cum cōsilio
vanitatis: et cum iniqua geren-
tib; nō introibo. Odiui ecclesi-
am malignātiū: et cum impijs
nō sedebo. Lauabo inter ino-
cētes man⁹ meas: ⁊ circūdabo
altare tuū dñe. Ut audiā vocē
laudis: ⁊ enarrē vniuersa mira-
bilia tua. Domine dilexi deco-
rem domus tue: et locū habita-
tionis glorie tue. Ne ꝑdas cū
impijs deus aīam meā: et cum
viris sanguinū vitā meā. In
quorū manib; iniqtates sunt:
dextera eorꝝ repleta ē muneribȝ.
Ego aūt in innocentia mea in
gressus sum: redime me ⁊ mise-
rere mei. Pes enī me⁹ stetit in
directo: ī ecclesijs benedicā te do-
mine. In finem psalmus dauid
priusqm̄ liniretur.
Dominus illuminatio
mea et salus mea:
quē timebo. Domi-
nus protector vite mee a quo tre-
pidabo. Dum appropiāt sup
me nocētes: ut edāt carnes me-
as. Qui tribulant me inimici
mei: ipsi infirmati sunt et ceci-
derunt. Si cōsistāt adūsum me
castra: nō timebit cor meū. Si
exsurgat adūsum me preliū: ī
hoc ego sperabo. Unam peti
a dño hanc requirā: ut inhabi-
tem in domo dñi omnib; dieb;
vite mee. Ut videā voluntatē do-
mini: ⁊ visitē templū ei⁹. Quo-
niā abscōdit me ī tabernaculo
suo in die malorꝝ: protexit me

in abſcondito tabernaculi ſui·
In petra exaltauit me: et nūc
exaltauit caput meū ſup inimi=
cos meos· Circuiui ⁊ immolaui
in tabernaculo eius hoſtiā vo=
ciferationis: cātabo ⁊ pſalmū
dicā dn̄o· Exaudi dn̄e vocem
meā qua clamaui ad te: miſere=
re mei et exaudi me· Tibi dixit
cor meū exquiſiuit te facies me=
a: faciē tuā dn̄e requirā· Ne a=
uertas faciē tuā a me: ne decli=
nes ī ira a ſeruo tuo· Adiutor
meus eſto ne derelinquas me:
neq; deſpicias me deus ſaluta=
ris meus· Quoniā pater meuſ
et mater mea dereliquerūt me:
dn̄s aūt aſſūpſit me· Legē po=
ne michi dn̄e in via tua: et diri=
ge me in ſemita recta ꝓpter ini=
micos meos· Ne tradideris me
in aīas tribulantiū me: qm̄ in=
ſurrexerut in me teſtes iniqui: ⁊
mētita eſt iniq̄tas ſibi· Credo
videre bona dn̄i: in terra viuen=
tiū· Expecta dn̄m viriliť age:
et cōfortet̄ cor tuū et ſuſtine do=
minum· Pſalmus ipi dauid
Ad te dn̄e clamabo de⁹ me=
us ne ſileas a me: ne q̄n=
do taceas a me: et aſſimilabor
deſcendētib; ī lacū· Exaudi dn̄e
vocē orationis mee dum oro
ad te: dum extollo manus me=
as ad templū ſanctū tuū· Ne
ſimul tradas me cum pctōrib;:
⁊ cum operantib; iniq̄tatē ne per=
das me· Qui loquūtur pacem
cum ꝓximo ſuo: mala aūt in
cordib; eoꝝ· Da illis ſcd̄m ope=
ra eoꝝ: et ſcd̄m nequiciā adinuē=
tionū ipoꝝ· Secudū opa ma=
nuū eoꝝ tribue illis: redde retri=
butionē eoꝝ ipis· Quoniā nō
intellexerunt opa dn̄i ⁊ in opa
manuū ei⁹: deſtrues illos et nō
edificabis eos· Benedictus do=
minus: qm̄ exaudiuit vocē de=
precationis mee· Dominus ad=
iutor meus et ꝓtector meus: et
in ipo ſperauit cor meū ⁊ adiu=
tus ſum· Et refloruit caro me=
a: et ex volūtate mea cōfitebor
ei· Dominus fortitudo plebis
ſue: et ꝓtector ſaluationū xp̄i
ſui eſt· Saluū fac ꝓplm̄ tuū do=
mine et benedic hereditati tue:
et rege eos et extolle illos uſq;
in eternum· Pſalm⁹ dauid in
Afferte cōſumacōe tabnacli
dn̄o filij dei: afferte dn̄o fi=
lios arietū· Afferte dn̄o glori=
am et honorē: afferte dn̄o glo=
riam nomīi eius: adorate dn̄m
in atrio ſancto eius· Vox dn̄i
ſup aquas: deus maieſtatis in=
tonuit: dn̄s ſup aquas multas·
Vox dn̄i in virtute: vox dn̄i in
magnificētia· Vox dn̄i cōfrin=
gentis cedros: et cōfringet dn̄s
cedros libani· Et comminuet
eos tanq; vitulū libani: ⁊ dilec=

tus quẽadmodũ filios unicor-
niũ. Vox dñi itercedẽtis flam
mã ignis: vox dñi cõcucientis de-
ſertũ: et cõmouebit dñs deſertũ
cades. Vox dñi pparãtis ceruos
et reuelabit cõdenſa: et in tẽplo
eius omnes dicẽt gloriã. Domi-
nus diluuiũ inhabitare facit:
⁊ ſedebit dñs rex in eternũ. Do-
minus virtutẽ ꝑplo ſuo dabit:
dñs benedicet ꝑplo ſuo ĩ pace.
Pſalm9 cantici in dedicacõe dom9
Exaltabo te dñe Dauid
qm̃ ſuſcepiſti me: nec dele-
ctaſti inimicos meos ſup me.
Domine deus meus clamaui
ad te: et ſanaſti me. Domine
eduxiſti ab inferno aĩam meã:
ſaluaſti me a deſcendẽtib; ĩ lacũ.
Pſallite dño ſancti eius: ⁊ cõfi-
temini memorie ſanctitatis ei9
Quoniã ira in indignatione
eius: et vita in voluntate eius.
Ad veſperũ demorabit fletus:
⁊ ad matutinũ leticia. Ego aũt
dixi in abũdantia mea: nõ mo-
uebor in eternũ. Domine: ĩ vo-
lũtate tua preſtitiſti decori meo
virtutẽ. Auertiſti faciẽ tuam a
me: et factus ſum cõturbatus.
Ad te dñe clamabo: et ad deũ
meũ deꝑcabor. Que utilitas in
ſanguine meo: dum deſcendo
in corruptionẽ. Nunqd cõfite-
bitur tibi puluis: aut ãnuncia-
bit veritatẽ tuã. Audiuit dñs
et miſertus eſt mei: dñs factus
eſt adiutor meus. Conuertiſti
planctũ meũ ĩ gaudiũ michi: cõ
ſcidiſti ſaccũ meũ. et circũdediſti
me leticia. Ut cãtet tibi gloria
mea et nõ cõpungar: dñe deus
meus in eternũ confitebor tibi.
In finẽ pſalm9 dauid ꝑ extaſi.
In te dñe nõ cõfũdar in eternũ:
in iuſticia tua libera me. Incli-
na ad me aurẽ tuã: accelera ut
eruas me. Eſto michi in deum
protectorẽ ⁊ ĩ domũ refugij: ut
ſaluũ me facias. Quoniã for-
titudo mea ⁊ refugiũ meũ es tu:
⁊ ꝓpter nomẽ tuũ deduces me ⁊
enutries me. Educes me de la-
queo quem abſcõderũt michi:
qm̃ tu es ꝓtector me9. In ma-
nus tuas cõmẽdo ſpiritũ meũ:
redemiſti me dñe de9 veritatis.
Odiſti obſeruãtes vanitates:
ſuperuacue. Ego aũt in dño
ſperaui: exultabo et letabor in
miſcdia tua. Quoniã reſpexiſ-
ti humilitatem meã: ſaluaſti de
neceſſitatib; animã meã. Nec
cõcluſiſti me ĩ manib; inimici:
ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes
meos. Miſerere mei dñe qm̃ tri-
bulor: cõturbatus eſt in ira ocu-
lus me9: aĩa mea et venter me-
us. Quoniã defecit ĩ dolore vi-
ta mea: ⁊ anni mei in gemitib;.
Infirmata eſt in pauptate vir-
tus mea: ⁊ oſſa mea cõturbata

ſunt· Super omnes inimicoſ
meos fact⁹ ſum obprobriū vi-
cinis meis valde: et timor notiſ
mei· Qui videbāt me foras fu-
gerunt a me· obliuioni datus
ſum tāq̄ȝ mortu⁹ a corde· Fac-
tus ſum tanq̄ȝ vas ꝑditū: qm̄
audiui vituperationē multoꝝ
cōmorātiū in circuitu· In eo
dum cōuenirēt ſimul aduſum
me: accipere aīam meā ɔſiliati
ſunt· Ego aūt in te ſperaui do-
mine: dixi deus meus es tu: in
manib; tuis ſortes mee· Eripe
me de manu inimicoꝝ meoꝝ: ⁊
a ꝑſequētib; me· Illuſtra faci-
em tuam ſup ſeruū tuū: ſaluū
me fac in miſcďia tua: dn̄e nō
cōfundar qm̄ īuocaui te· Eru-
beſcāt impij et deducant̄ ī infer-
num: muta fiāt labia doloſa·
Que loquuntur aduſus iuſtū
iniq̄tatē: in ſupbia ⁊ in abuſio-
ne· Quā magnā mľtitudo dul-
cedinis tui dn̄e: quā abſcōdiſti
timētib; te· Perfeciſti eis q̄ ſpe-
rant in te: in cōſpectu filioꝝ ho-
minū· Abſcōdes eos in abſcō-
dito faciei tue: a cōturbatione
hoīm· Proteges eos in taber-
naculo tuo: a cōtradictione li-
guarū· Benedictus dn̄s: quo-
niā mirificauit miſcďiā ſuā mi-
chi ī ciuitate munita· Ego au-
tem dixi ī exceſſu mētis mee: ꝓ-
iect⁹ ſum a facie oculoꝝ tuoꝝ·

Ideo exaudiſti vocē orationiſ
mee: dū clamarē ad te· Diligite
dn̄m oēs ſancti eius: qm̄ ve-
ritatē requiret dn̄s: et retribuet
abundāter facientib; ſupbiam·
Viriliť agite et cōfortet̄ cor ve-
ſtrū: oēs qui ſperatis ī dn̄o·
Beati quoꝝ Intellcs dauid.
remiſſe ſunt iniq̄tates: et
quorū tecta ſunt peccata· Bea-
tus vir cui nō imputauit dn̄s
pctm̄: nec ē in ſpiritu ei⁹ dolus·
Quoniā tacui inueterauerūt oſ-
ſa mea: dum clamarē tota die·
Quoniā die ac nocte grauata
ē ſup me man⁹ tua: cōuerſus ſū
in erūna mea dū cōfigit̄ ſpina
Delictū meū cognitū tibi feci:
et iniuſticiā meā nō abſcondi·
Dixi cōfitebor aduſum me in-
iuſticiā meā dn̄o: et tu remiſiſti
impietatē pcci mei· Pro hac o-
rabit ad te oīs ſanctus: in te-
pore oportuno· Verumtamen
in diluuio aquaꝝ multaꝝ: ad
eum nō approximabūt· Tu eſ
refugiū meū a tribulatione q̄
circūdedit me: exultacio mea eru-
e me a circūdantib; me· Intel-
lectū tibi dabo et inſtruā te: in
via hac qua gradieris firmabo
ſup te oculos meos· Nolite fi-
eri ſicut equus et mulus: q̄buſ
nō ē intellectus· In chamo et
freno maxillas eoꝝ conſtringe:
q̄ nō approximāt ad te· Multa

flagella pccōris: ſperātem aut̄
in dn̄o miſcd'ia circūdabit. Le-
tamini in dn̄o et exultate iuſti:
et gloriamini om̄es recti corde.
In finem pſalmus dauid :-
Exultate iuſti in dn̄o: rectos
decet laudatio. Confitemini
dn̄o in cythara: in pſalterio de-
cem cordarū pſallite illi. Can-
tate ei canticū nouū: bene pſal-
lite ei in vociferacone. Quia re-
ctum eſt verbū dn̄i: et oīa opa
eius in fide. Diligit miſc'diam
⁊ iudiciū: miſcd'ia dn̄i plena eſt
t'ra. Verbo dn̄i celi firmati ſūt:
et ſpiritu oris eius om̄is virtus
eorū. Congregās ſicut in utre
aquas maris: ponēs in theſau-
ris abiſſos. Timeat dn̄m oīs
terra: ab eo aūt cōmoueāt̄ oēs
inhabitātes orbē. Quoniā ip-
ſe dixit et facta ſunt: ipſe māda-
uit ⁊ creata ſunt. Dominꝰ diſ-
ſipat conſilia gentiū: reprobat
aūt cogitationes pplorū: ⁊ repro-
bat conſilia pncipū. Conſiliū
aūt dn̄i in eternū manet: cogi-
tationes cordis eius in genera-
tionem et generationē. Beata
gens cuiꝰ eſt dn̄s deus eius: po-
pulus quē elegit ī hereditatē ſi-
bi. De celo reſpexit dn̄s: vidit
omnes filios hoīm. De ꝑpara-
to habitaculo ſuo: reſpexit ſup
om̄es q̄ habitāt terrā. Qui fix-
it ſingillatim corda eorū: q̄ itelli-
git om̄ia opera eorū. Non ſal-
uatur rex per multā virtutē: et
gygas nō ſaluabit̄ in multitu-
dine uirtutis ſue. Fallax equus
ad ſalutē: in abūdātia aūt vir-
tutis ſue nō ſaluabitur. Ecce
oculi dn̄i ſup metuētes eū: et in
eis qui ſperāt ſup miſcd'ia eiꝰ.
Ut eruat a morte aīas eorū: et
alat eos in fame. Anima nr̄a
ſuſtinet dn̄m: qm̄ adiutor ⁊ p-
tector noſter ē. Quia in eo leta-
bit̄ cor nr̄m: et in noīe ſanc-
to eius ſperauimꝰ. Fiat miſe-
ricordia tua dn̄e ſup nos: quē-
admodū ſperauimꝰ in te. Ps
dauid cū mutauit vultū ſuū
corā abimelech ⁊ dimiſit eū ⁊ abijt.
Benedicā dn̄m in om̄i tēpo-
re: ſemp laus eiꝰ ī ore me-
o. In dn̄o letabitur aīa mea:
audiāt māſueti et letent̄. Mag-
nificate dn̄m mecū: et exaltemꝰ
nomē eiꝰ in idipm. Exquiſiui
dn̄m et exaudiuit me: et ex om-
nibꝫ tribulationibꝫ meis eripu-
it me. Accedite ad eū et illumi-
namini: et facies vr̄e nō cōfun-
dent̄. Iſte pauper clamauit et
dn̄s exaudiuit eū: et de omnibus
tribulationibꝫ eiꝰ ſaluauit eū.
Immittet angelus dn̄i ī circu-
itu timentiū eū: et eripiet eos.
Guſtate et videte qm̄ ſuauis ē
dominꝰ: beatus vir qui ſperat
in eo. Timete dn̄m oēs ſancti

eius:qui nō ē in opia timētibꝫ
eum. Diuites eguerūt ⁊ eſurie-
runt:inquirētes autē dn̄m non
minuētur omni bono. Venite
filij audite me:timorē dn̄i doce-
bo vos. Quis eſt homo q̄ vult
vitā:diligit dies videre bonos:
Prohibe linguā tuā a malo:
et labia tua ne loquātur dolū.
Diuerte a malo ⁊ fac bonū:in-
quire pacē et ꝑſequere eā. Ocu-
li dn̄i ſup iuſtos: et aures eius
in preces eoꝝ. Vultus autē dn̄i
ſup faciētes mala:ut ꝑdat de t̄-
ra memoriā eoꝝ. Clamauerūt
iuſti et dn̄s exaudiuit eos:et ex
omnibꝫ tribulationibꝫ eoꝝ libe-
rauit eos. Iuxta ē dn̄s hijs q̄
tribulato ſunt corde:⁊ humiles
ſpiritu ſaluabit. Multe tribu-
lationes iuſtorū:et de hijs om̄i-
bus liberabit eos dn̄s. Cuſto-
dit dn̄s om̄ia oſſa eoꝝ:unū ex
hijs non cōteretur. Mors pc̄torū
peſſima:et q̄ oderūt iuſtū delin-
quent. Redimet dn̄s aīas ſer-
uorū ſuoꝝ:et nō delinquēt oēs
q̄ ſperāt in eo. In finē ps dauid.
Iudica dn̄e nocētes me:expug-
na impugnātes me. Apprehē-
de arma et ſcutū:⁊ exſurge ī ad-
iutoriū michi. Effunde frame-
am et cōclude adūſus eos qui
perſecunt me:dic aīe mee ſalus
tua ego ſū. Cōfūdāt et reuere-
antur:querentes aīam meam.

Auertant retrorſum ⁊ cōfūdā-
tur:cogitātes michi mala. Fi-
ant tanq̄ȝ puluis ante faciē uē-
ti:et angelus dn̄i coartās eos.
Fiat via illoꝝ tenebre et lubri-
cū:⁊ angelus dn̄i ꝑſequēs eos.
Quoniā gratis abſcōderūt mi-
chi interitū laquei ſui:ſupuacu-
e exprobrauerūt aīam meam.
Veniat illi laqueus quē igno-
rat:⁊ captio quā abſcōdit appre-
hēdat eū:et in laqueū cadat in
ipm̄. Anima autē mea exulta-
bit in dn̄o: et delectabitur ſup ſa-
lutari ſuo. Omnia oſſa mea di-
cēt:dn̄e q̄s ſimilis tibi. Eripiēs
inopē de manu fortioꝝ eius: ege-
nū ⁊ pauperē a diripientibꝫ eū.
Surgētes teſtes iniqui:q̄ igno-
rabant interrogabāt me. Retri-
buebāt michi mala ꝓ bonis:
ſterilitatē aīe mee. Ego autē cū
michi moleſte eſſent:induebar
cilicio. Humiliabā in ieiunio
animā meam: et oratio mea ī
ſinu meo cōuertetur. Quaſi ꝓxi-
mū q̄ſi frēm nr̄m ſic cōplacebā:
quaſi lugens et cōtriſtatus ſic
humiliabar. Et adūſum me
letati ſunt ⁊ cōuenerūt: congre-
gata ſunt ſuper me flagella et
ignoraui. Diſſipati ſūt nec cō-
puncti: tēptauerūt me ſubſan-
nauerunt me ſubſannatione:
frenduerūt ſup me dentibꝫ ſuis
Domine quādo reſpicies: reſti-

tue animā meā a malignitate
eoꝝ: a leonib; unicā meā· Cō-
fitebor tibi in eccleſia magna:
in ꝑplo graui laudabo te· Nō
ſupgaudeant michi q̄ adūſant̄
michi inique: q̄ oderūt me gra-
tis et annuūt oculis· Quoniā
michi quidē pacifice loquebant̄:
et in iracūdia terre loquētes do-
los cogitabant· Et dilatauē-
runt ſup me os ſuū: dixerūt eu-
ge euge viderūt oculi nr̄i· Vidi-
ſti dn̄e ne ſileas: dn̄e ne diſce-
das a me· Exſurge et intende
iudicio meo deus meus: et dn̄s
me⁹ in cauſam meā· Iudica
me ſcd̄m iuſticiā tuā dn̄e deus
meus: ⁊ nō ſupgaudeāt michi·
Non dicāt ī cordib; ſuis euge
euge aīe nr̄e: nec dicant deuora-
bim⁹ eū· Erubeſcāt ⁊ reuereāt̄
ſimul: q̄ gratulāt̄ malis meis·
Induātur confuſione ⁊ reue-
rētia q̄ maligna loquūtur ſup
me· Exultet et letētur q̄ volūt
iuſticiā meā: et dicāt ſemp ma-
gnificet̄ dn̄s qui volūt pacem
ſerui eius· Et lingua mea me-
ditabit̄ iuſticiā tuam: tota die
laudē tuā· In finē ſeruo dn̄i dd.
Dixit iniuſtus ut delinquat
in ſemetipo: nō eſt timor
dei ante oculos eius· Quoniā
doloſe egit in cōſpectu eius: ut
inueniatur iniq̄tas ei⁹ ad odiū·
Verba oris eius iniq̄tas et do-
lus: noluit ītelligē ut bene age-
ret· Iniq̄tatē meditatus eſt in
cubili ſuo: aſtitit omī vie non
bone: maliciā aūt non odiuit·
Domine in celo miſcdia tua:
et veritas tua uſq; ad nubes·
Iuſticia tua ſicut montes dei:
iudicia tua abiſſus multa· Ho-
mines ⁊ iumēta ſaluabis dn̄e:
quēadmodū multiplicaſti mi-
ſericordiā tuā deus· Filii aūt
hoīm: in tegmine alarū tuarū
ſperabunt· Inebriabūtur ab
ubertate domus tue: ⁊ torrente
voluptatis tue potabis eos·
Quoniā apud te eſt fons vite:
et ī lumine tuo videbim⁹ lumē·
Pretende miſcdiā ſcientibus te:
et iuſticiā tuā hiis qui recto ſūt
corde· Nō veniat michi pes ſu-
pbie: ⁊ manus pctōris nō mo-
ueat me· Ibi ceciderūt q̄ opan-
tur iniq̄tatem: expulſi ſunt nec
potuerūt ſtare· Pſ ipi dauid·
Noli emulari in malignāti-
bus: neq; zelaueris facien-
tes iniq̄tatē· Quoniā tanq̄ fe-
nū velocit̄ areſcēt: et quēadmo-
dum olera herbaꝝ cito decidēt·
Spera in dn̄o ⁊ fac bonitatē:
⁊ inhabita terram ⁊ paſceris in
diuitiis eius· Delectare ī dn̄o:
et dabit tibi peticiones cordis
tui· Reuela dn̄o viā tuā et ſpe-
ra in eo: ⁊ ipe faciet· Et educet
quaſi lumē iuſticiā tuā: ⁊ iudici-

um tuū tanq̄ʒ meridiē: ſubdit⁹
eſto dn̄o ⁊ ora eū. Noli emula-
ri in eo qui ꝓſperat in via ſua:
in hoīe faciēte iniuſticias. Deſi-
ne ab ira ⁊ derelinque furorē: no-
li emulari ut maligneris. Qm̄
q̄ malignant̄ exterminabūtur:
ſuſtinentes aūt dn̄m ipſi heredi-
tabūt terram. Et adhuc puſillū
et nō erit peccator: et queres lo-
cum eius ⁊ nō inuenies. Māſue-
ti aūt hereditabūt terrā: et delec-
tabūtur in multitudine pacis.
Obſeruabit pc̄tor iuſtū: et ſtri-
debit ſup eum dentibʒ ſuis. Do-
minus aūt irridebit eū: qm̄ pro-
ſpicit q̄ veniet dies ei⁹. Gladi-
um euaginauerūt pc̄tores: inte-
derūt arcū ſuū. Ut decipiāt pau-
perē et inopē: ut trucidēt rectos
corde. Gladi⁹ eoꝝ intret in cor-
da ipoꝝ: ⁊ arcus eoꝝ ꝯfringat̄.
Melius eſt modicū iuſto: ſuper
diuitias pc̄torū multas. Quo-
niā brachia pc̄toꝝ ꝯterent̄: cō-
firmat aūt iuſtos dn̄s. Nouit
dn̄s dies īmaculatoꝝ: ⁊ heredi-
tas eoꝝ in eternū erit. Non cō-
fundent̄ in tempore malo: et in
diebʒ famis ſaturabunt̄: quia
pc̄tores peribūt. Inimici vero
dn̄i mox ut honorificati fuerīt
et exaltati: deficiētes queadmo-
dū fum⁹ deficiēt. Mutuabit̄ pec-
cator et non ſoluet: iuſtus aūt
miſeret̄ ⁊ tribuet. Quia benedi-

cētes ei hereditabūt terrā: male-
dicētes aūt ei diſperibūt. Apud
dn̄m greſſus hoīs dirigent̄: ⁊ vi-
am eius volet. Cum ceciderit
nō collidet̄: quia dn̄s ſupponit
manū ſuā. Iunior fui etenī ſe-
nui: et nō vidi iuſtū derelictum:
nec ſemen eius querēs panem.
Tota die miſeret̄ et cōmodat:
et ſemen illius in benedictione
erit. Declina a malo et fac bo-
nū: et inhabita in ſeculū ſeculi.
Quia dn̄s amat iudiciū: ⁊ nō
derelinquet ſanctos ſuos: ī eter-
nū ꝯſeruabunt̄. Iniuſti puni-
entur: et ſemen impioꝝ peribit.
Iuſti aūt hereditabūt terrā: ⁊
inhabitabūt in ſeculū ſeculi ſu-
per eā. Os iuſti meditabit̄ ſapi-
entiā: et lingua eius loquet̄ iu-
diciū. Lex dei eius in corde ip̄i⁹:
et nō ſupplātabūt̄ greſſus ei⁹.
Conſiderat pc̄tor iuſtū: querit
⁊ mortificare eū. Domin⁹ aūt
nō derelinquet eum in manibʒ
ei⁹: nec damnabit eū cū iudica-
bitur illi. Expecta dn̄m et cu-
ſtodi viā eius: et exaltabit te ut
hereditate capias terrā: cū peri-
erint pc̄tores videbis. Vidi im-
piū ſuperexaltatū: et eleuatū ſi-
cut cedros libani. Et trāſiui ⁊
ecce non erat: queſiui eū ⁊ non
eſt inuentus locus ei⁹. Cuſtodi
innocentiā et vide equitatē: quo-
niā ſūt reliquie homī pacifico.

niuſti aūt diſperibūt: ſimul re-
liquie impiorꝫ interibūt. Sal⁹
aūt iuſtorꝫ a dn̄o: et ꝓtector eo-
rum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos dn̄s et libe-
rabit eos: et eruet eos a pc̄cori-
bus: ⁊ ſaluabit eos q̄a ſperaue-
runt in eo. Ps dauid in reme-
Domine moratōe ſabbati
ne in furore tuo arguas
me: neqꝫ ĩ ira tua corripias me.
Quoniā ſagitte tue infixe ſunt
michi: ⁊ cōfirmaſti ſup me ma-
nū tuā. Non eſt ſanitas in car-
ne mea a facie ire tue: nō ē pax
oſſibꝫ meis a facie pc̄corū meo-
rū. Quoniā iniq̄tates mee ſup-
greſſe ſunt caput meū: et ſicut
onus graue grauate ſunt ſup
me. Putruerūt et corrupte ſūt
cicatrices mee: a facie inſipiēcie
mee. Miſer fact⁹ ſum et curua-
tus ſum uſqꝫ in finem: tota die
cōtriſtatus ingrediebar. Quo-
niā lūbi mei impleti ſunt illuſi-
onibꝫ: et nō ē ſanitas in carne
mea. Afflictus ſum ⁊ humilia-
tus ſū nimis: rugiebā a gemi-
tu cordis mei. Dn̄e ante te om-
ne deſideriū meū: ⁊ gemit⁹ me⁹
a te nō ē abſcōditus. Cor me-
um cōturbatū eſt: dereliquit me
virtus mea: ⁊ lumē oculorꝫ me-
orū et ipſm nō eſt mecū. Amici
mei et ꝓximi mei: adūſum me
appropīquauerūt et ſteterunt.

Et q̄ iuxta me erāt de lōge ſtete-
rūt: et vim faciebāt q̄ querebāt
aīam meā. Et q̄ inq̄rebāt ma-
la michi locuti ſunt vanitates:
et dolos tota die meditabātur.
Ego aūt tanq̄ȝ ſurdus nō au-
diebā ⁊ ſicut mutus non aperi-
ens os ſuū. Et fact⁹ ſum ſicut
homo nō audiēs: et nō habēs
ĩ ore ſuo redargutiones. Quo-
niā in te dn̄e ſperaui: tu exaudi-
es dn̄e deus meus. Quia dixi
ne quādo ſupgaudeāt michi in-
imici mei: et dum cōmouent̃ pe-
des mei. ſup me magna locuti
ſunt. Quoniā ego in flagella
parat⁹ ſū: et dolor meus in cō-
ſpectu meo ſemp. Quoniā ini-
quitatem meam annūciabo: ⁊
cogitabo ꝓ pc̄co meo. Inimi-
ci autem mei viuūt ⁊ cōfirmati
ſunt ſup me: et multiplicati ſūt
qui oderūt me inique. Qui retri-
buūt mala ꝓ bonis detrahebāt
michi: quoniā ſeq̄bar bonita-
tem. Ne derelinquas me dn̄e de-
us meus: ne diſceſſeris a me.
Intende in adiutoriū meū: do-
mine deus ſalutis mee. In finē
pro ydithun canticum dauid.
Dixi cuſtodiam vias
meas: ut non delin-
quā in lingua mea.
Poſui ori meo cuſtodiā: cum
cōſiſteret peccator adūſum me.
Abmutui et humiliat⁹ ſum ⁊

ſilui a bonis: et dolor meus re-
novatus eſt. Concaluit cor me-
um intra me: ⁊ in meditatione
mea exardeſcet ignis. Locut⁹
ſū in lingua mea: notū fac mi-
chi dñe finē meū. Et numerū
dierū meoꝝ q̄ ē: ut ſciā q̄d deſit
michi. Ecce menſurabiles poſu-
iſti dies meos: et ſubſtātia me-
a tanq̄ nichilū ante te. Verun-
tamen univ̄ſa vanitas: omnis
homo vivens. Veruntamē in
ymagine pertranſit homo: ſed
et fruſtra cōturbat̄. Theſauri-
zat: et ignorat cui cōgregabit
ea. Et nūc que eſt expectatio
mea nonne dñs: et ſubſtantia
mea apud te eſt. Ab omībꝫ ini-
q̄tatibꝫ meis erue me: opprobri-
um inſipienti dediſti me. Obmu-
tui et non aperui os meū: quō
tu feciſti amove a me plagas
tuas. A fortitudine man⁹ tue
ego defeci in increpationibꝫ: ꝓp-
ter iniq̄tatē corripuiſti hoīem.
Et tabeſcere feciſti ſicut arane-
am aīam ei⁹: verūtamē vane
cōturbat̄ omīs homo. Exau-
di orationē meā dñe et depreca-
tionem meā: auribꝫ ꝑcipe lacri-
mas meas. Ne ſileas quō ad-
vena ego ſum apud te: et pere-
grinus ſicut omnes patres mei.
Remitte me ut refrigerer priuſ-
q̄ abeā: et amplius non ero.
In finem pſalmus David.

Expectās expectavi dñm:
⁊ intendit michi. Et exau-
divit p̄ces meas: ⁊ eduxit me de
lacu miſerie et de luto fecis. Et
ſtatuit ſupra petrā pedes me-
os: ⁊ direxit greſſus meos. Et
īmiſit in os meū canticū novū:
carmē deo nr̄o. Videbūt multi
et timebūt: et ſperabūt in dño.
Beatus vir cuius eſt nomē do-
mini ſpes eius: et non reſpexit
ī vanitates et inſanias falſas.
Multa feciſti tu dñe deus meus
mirabilia tua: ⁊ cogitationibꝫ
tuis nō eſt qui ſilis ſit tibi. An-
nūciavi et locutus ſum: multi-
plicati ſunt ſup numerū. Sa-
crificiū et oblationem noluiſti:
aures autē ꝑfeciſti michi. Holo-
cauſtū et ꝓ pcc̄o nō poſtulaſti:
tunc dixi ecce venio. In capite
libri ſcriptū ē de me ut facerē vo-
luntatē tuā: deus meus volui et
legē tuam ī medio cordis mei.
Annūciavi iuſticiā tuā ī eccle-
ſia magna: ecce labia mea nō
ꝓhibebo dñe tu ſciſti. Iuſti-
ciā tuā nō abſcōdi ī corde meo:
veritatē tuā ⁊ ſalutare tuū dixi.
Non abſcōdi miſericordiam tuā ⁊
veritatē tuā: a concilio multo.
Tu autē dñe ne lōge facias mi-
ſerationes tuas a me: miſericordia
et veritas tua ſemp ſuſceperūt
me. Quō circūdederunt me ma-
la quorū nō ē numerus: cōpre-

henderunt me iniq̄tates mee: et
nō potui ut viderē. Multiplica-
te ſūt ſup capillos capitis mei.
et cor meū dereliq̄t me. Cōpla-
ceat tibi dñe ut eruas me: dñe
ad adiuuādū me reſpice. Con-
fundātur ⁊ reuereātur ſimul: q̄
querūt aīam meam ut auferāt
eā. Auertātur retrorſum et re-
uereant̄: q̄ volunt michi mala.
Ferant ɔfeſtim cōfuſionē ſuā:
q̄ dicūt michi euge euge. Exul-
tent ⁊ letētur ſup te om̄es querē-
tes te: et dicāt ſemꝑ magnificet̄
dñs qui diligunt ſalutare tuū.
Ego aūt mēdicus ſum ⁊ pau-
per: dñs ſollicitus eſt mei. Ad-
iutor meus et ꝓtector meus tu
es: deus meus ne tardaueris.
In finē ps dauid. intellc̄s filijs
Beatus qui intelligit chore
ſup egenū ⁊ pauperē: ī die
mala liberabit eum dñs. Do-
minus conſeruet eum et viuifi-
cet eum: ⁊ beatū faciat eū in ter-
ra: et nō tradat eū in aīam ini-
micoꝝ eius. Dominus opem
ferat illi ſup lectū doloris eius:
vniūſum ſtratū ei⁹ verſaſti in ī-
firmitate ei⁹. Ego dixi dñe mi-
ſerere mei: ſana aīam meā q̄a
peccaui tibi. Inimici mei dixe-
rūt mala michi: quādo moriet̄
⁊ peribit nomē eius: Et ſi ingre-
diebat̄ ut videret vana loquēba-
tur cor eius: cōgregauit iniqui-
tatem ſibi. Egrediebat̄ foras:
et loquebat̄ in idipm̄. Adūſū
me ſuſurrabāt om̄s inimici mei:
adūſum me cogitabant mala
michi. Verbū iniquū cōſtitue-
runt adūſū me: nūquid q̄ dor-
mit nō adiciet ut reſurgat: Et-
enī homo pacis mee ī quo ſpe-
raui: q̄ edebat panes meos ma-
gnificauit ſup me ſupplātatio-
nē. Tu aūt dñe miſerere mei: ⁊
reſuſcita me ⁊ retribuā eis. In
hoc cognoui qm̄ voluiſti me:
qm̄ nō gaudebit inimicus me-
us ſup me. Me aūt ꝓpter inno-
centiam ſuſcepiſti: et cōfirmaſti
me in conſpectu tuo in eternū.
Benedictus dñs deus iſrl̄ a ſe-
culo in ſeculū: fiat fiat. In finē
intellc̄s filijs chore ps dauid
Quēadmodū deſiderat cer-
uus ad fōtes aquaꝝ: ita
deſiderat aīa mea ad te de⁹. Si-
tiuit anima mea ad deum for-
tem viuū: quādo veniā et appa-
rebo ante faciem dei: Fuerunt
michi lacrime mee panes die
ac nocte: dum dicit̄ michi quo-
tidie ubi ē deus tuus. Hec recor-
datus ſum: et effudi in me ani-
mam meā: qm̄ trāſibo in locū
tabernaculi ādmirabilis uſq; ad
domū dei. In voce exultatōniſ
et cōfeſſionis: ſonus epulātis.
Quare triſtis es aīa mea: ⁊ q̄re
cōturbas me: Spera ī deo qm̄

adhuc confitebor illi: ſalutare
vultus mei et deus meus. Ad
meipm̄ aīa mea cōturbata eſt:
propterea memor ero tui de ter
ra iordanis ⁊ hermonijm a mō-
te modico. Abiſſus abiſſum ī-
uocat: ī voce catharactarū tua-
rum. Omnia excelſa tua et flu-
ctꝰ tui ſup me trāſierūt. In die
mādauit dn̄s miſericordiam ſuam:
et nocte cāticū eius. Apud me
oratio deo vite mee: dicā deo ſu-
ſceptor meꝰ es. Quare oblitus
es mei: et quare cōtriſtatus īce-
do dū affligit me inimicꝰ. Dū
cōfringūtur oſſa mea. exprobra-
uerūt michi qui tribulāt me ini-
mici mei. Dū dicūt michi p ſin-
gulos dies ubi eſt deus tuus: q̄
re triſtis es aīa mea ⁊ quare cō-
turbas me. Spera in deo quo-
niā adhuc cōfitebor illi: ſaluta-
re vultus mei et deus meus. In
Iudica me deus finē pſ dauid.
et diſcerne cauſam meā de gēte
non ſancta: ab hoīe iniquo et
doloſo erue me. Quia tu es deꝰ
fortitudo mea: quare me repu-
liſti et quare triſtis īcedo dum
affligit me inimicꝰ. Emitte lu-
cem tuā et veritatē tuā: ipſa me
deduxerūt ⁊ adduxerūt in mon-
tē ſanctū et in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei: ad de-
um qui letificat iuuentutē meā.
Confitebor tibi in cythara deꝰ

deus meꝰ: q̄re triſtis es aīa mea
et quare cōturbas me. Spera
in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi:
ſalutare vultꝰ mei ⁊ deꝰ meus.
In finē p filijs chore intellcūs
Deus auribꝰ pſ dauid.
nr̄is audiuimꝰ: pr̄es nr̄i
anūciauerūt nobis. Opus qd̄
operatus es in diebꝰ eorū: et in di-
ebus antiquis. Manus tua gē-
tes diſpdidit et plantaſti eos:
afflixiſti ppl'os et expuliſti eos.
Nec enī in gladio ſuo poſſede-
runt terrā: et brachiū eorū non
ſaluauit eos. Sed dextera tua
et brachiū tuum ⁊ illuminatio
vultus tui: qm̄ cōplacuiſti ī eis.
Tu es ipſe rex meus ⁊ deus me-
us: qui mādas ſalutes iacob.
In te inimicos nr̄os ventilabi-
mus cornu: et in noīe tuo ſper-
nemus inſurgentes in nobis.
Non enī in arcu meo ſperabo:
⁊ gladius meus non ſaluabit
me. Saluaſti enī nos de affligē-
tibꝰ nos: et odiētes nos cōfudi-
ſti. In deo laudabimur tota
die: et in noīe tuo cōfitebimur
in ſeculū. Nunc aūt repuliſti ⁊
confudiſti nos: ⁊ nō egredieris
in virtutibꝰ nr̄is. Auertiſti nos
retrorſū poſt inimicos nr̄os: ⁊
qui oderūt nos diripiebāt ſibi.
Dediſti nos tanq̄ oues eſcar:
⁊ in gētibꝰ diſperſiſti nos. Vē-
didiſti ppl'm tuū ſine p̄cio: ⁊ nō

fuit multitudo in cõmutationi-
bus eorũ. Poſuiſti nos opp-
briũ vicinis nr̃is: ſubſannatio-
nem et deriſum hijs qui ſunt in
circuitu nr̃o. Poſuiſti nos ĩ ſi-
militudinẽ gentibꝫ: cõmotionẽ
capitis in pplis. Tota die vere-
cundia mea cõtra me eſt: et con-
fuſio faciei mee cooperuit me. A
voce exprobrãtis et obloquẽtis:
a facie inimici et pſequẽtis. Hec
omnia venerũt ſup nos nec ob-
liti ſumus te: et inique non egi-
mus in teſtamẽto tuo. Et nõ
receſſit retro cor nr̃m: et declina-
ſti ſemitas noſtras a via tua.
Quoniã humiliaſti nos in lo-
co afflictionis: et cooperuit nos
umbra mortis. Si obliti ſum⁹
nomẽ dei nr̃i: et ſi expãdim⁹ ma-
nus nr̃as ad deũ alienũ. Non-
ne deus requiret iſta: ipſe eñi no-
uit abſcondita cordis. Quoni-
am pter te mortificamur tota
die: eſtimati ſumus ſicut oues
occiſionis. Exurge quare ob-
dormis dñe: exurge et ne repel-
las in finẽ. Quare faciẽ tuam
auertis obliuiſceris inopie no-
ſtre: et tribulationis nr̃e. Quo-
niã humiliata ẽ in puluere aĩa
nr̃a: cõglutinatus eſt in tra ve-
ter noſter. Exurge dñe adiu-
ua nos: et redime nos pter no-
mẽ tuũ. In finẽ p his q̃ cõmuta-
buntur filijs chore ad intellectũ
/ canticũ pro dilcõ.

Eructauit cor meũ vbũ bo-
nũ: dico ego opa mea re-
gi. Lingua mea calam⁹ ſcribe:
velociter ſcribẽtis. Specioſus
forma p̃ filijs hoim: diffuſa eſt
gratia ĩ labijs tuis: ppterea be-
nedixit te deus in eternũ. Accin-
gere gladio tuo: ſup femur tu-
um potẽtiſſime. Specie tua et
pulcritudine tua: intende pſp-
re pcede et regna. Propter ve-
ritatẽ et mãſuetudinẽ et iuſticiã:
et deducet te mirabilr̃ dextera tua.
Sagitte tue acute: ppli ſub te
cadẽt in corda inimicorꝫ regis.
Sedes tua deus in ſeculũ ſecu-
li: virga directionis virga reg-
ni tui. Dilexiſti iuſticiã et odiſti
iniq̃tatem: ppterea vnxit te deus
deus tuus oleo leticie pre cõſor-
tibus tuis. Mirra et gutta et ca-
ſia a veſtimẽtis tuis: a domibꝫ
eburneis ex quibꝫ delectauerũt
te filie regũ in honore tuo. Aſti-
tit regina a dextris tuis in ve-
ſtitu deaurato: circũdata varie-
tate. Audi filia et vide et inclina
aurem tuã: et obliuiſcere pplm
tuũ et domũ pris tui. Et cõcu-
piſcet rex decorẽ tuũ: qm ipſe eſt
dñs deus tuus et adorabũt eũ.
Et filie tyri ĩ muneribꝫ: vultũ
tuũ deprecabũtur omẽs diuites
plebis. Omnis gloria ei⁹ filie
regis abintus: in fimbrijs au-
reis circũamicta varietatibus.

Adducētur regi virgines poſt
eam: pxime eius afferētur tibi.
Afferētur in leticia et exultatio-
ne: adducent̄ in templū regis.
Pro patribꝫ tuis nati ſunt tibi
filij: cōſtitues eos p̄ncipes ſup
omnē terrā. Memor ero nomi-
tui dn̄e: in omī generacione et
generacōne. Propterea pp̄ꝉi cō-
fitebunt̄ tibi in eternū et in ſecu-
lū ſeculi. In finē p filijs chore
pro archanis pſalm⁹ dauid.
Deus noſter refugiū et vir-
tus: adiutor in tribulacō-
nibus que īuenerūt nos nimis.
Propterea nō timebim⁹ dum
turbabit̄ terra: et trāſferent̄ mō-
tes in cor maris. Sonauerūt
⁊ turbate ſunt aque eoꝝ: cōtur-
bati ſunt mōtes in fortitudine
eius. Fluminis impetus letifi-
cat ciuitatē dei: ſanctificauit ta-
bernaculū ſuū altiſſim⁹. Deus
in medio eius non cōmouebit̄:
adiuuabit eam deus mane di-
luculo. Conturbate ſunt gen-
tes et īclinata ſunt regna: dedit
vocem ſuā mota eſt terra. Do-
minus virtutū nobiſcū: ſuſcep-
tor noſter deus iacob. Uenite ⁊
videte opa dn̄i que poſuit pdi-
gia ſup trā: auferēs bella uſqꝫ
ad finē terre. Arcum conteret ⁊
confringet arma: ⁊ ſcuta cōbu-
ret igni. Uacate ⁊ videte quoni-
am ego ſū deus: exaltabor ī gē-
tibꝫ et exaltabor in terra. Dn̄s
virtutū nobiſcū: ſuſceptor no-
ſter de⁹ iacob. In finē p filijs cho-
re pſ dauid.
Omnes gentes
plaudite manibꝫ: iubila-
te deo ī voce exultacōnis. Quo-
niā dn̄s excelſus terribilis: rex
magn⁹ ſup omnē terrā. Sub-
iecit pp̄los nobis: ⁊ gentes ſub
pedibꝫ nr̄is. Elegit nobis he-
reditatē ſuā: ſpeciē iacob quā
dilexit. Aſcendit de⁹ in iubilo:
⁊ dn̄s ī voce tube. Pſallite deo
noſtro pſallite: pſallite regi no-
ſtro pſallite. Quoniā rex oīs t-
re deus: pſallite ſapiēter. Reg-
nabit deus ſup gētes: de⁹ ſedet
ſup ſedē ſanctā ſuā. Principes
pp̄loꝝ cōgregati ſunt cum deo
abraham: qm̄ dij fortes tre ve-
hemēter eleuati ſunt. Pſ cantici
filijs chore ſecunda ſabbati.
Magnus dn̄s ⁊ laudabilis
nimis: in ciuitate dei nr̄i ī
mōte ſancto eius. Fundatur
exultatione vniūſe terre: mons
ſyon latera aquilonis ciuitas
regis magni. Deus in domibꝫ
ei⁹ cognoſcet̄: cum ſuſcipiet eā.
Quoniā ecce reges terre cōgre-
gati ſunt: cōuenerūt in vnum.
Ipſi videntes ſic ām̄irati ſunt:
cōturbati ſunt cōmoti ſunt: tre-
mor apphendit eos. Ibi dolo-
res ut parturiētis: in ſpiritu ve-
hemēti conteres naues tharſis

Sicut audiuim⁹ sic vidim⁹ in
ciuitate dñi virtutū ī ciuitate dei
nři: deus fundauit eā in eternū.
Suscepimus deus miscdiam
tuā: in medio templi tui. Secū-
dum nomē tuū deus sic et laus
tua in fines terre: iusticia plena
est dextera tua. Letetur mons
syon ⁊ exultēt filie iude: ꝓpter iu-
dicia tua dñe. Circūdate syon
et cōplectimini eā: narrate in t̄-
ribus eius. Ponite corda vřa
in virtute eius: et distribuite do-
mos ei⁹ ut enarretis ī progeni-
e altera. Quoniā hic est de⁹ de⁹
noster in eternū ⁊ in seculū secli:
ipe reget nos in secula. Infinē
Audite hec filijs chore ps dd.
omēs gētes: auribȝ perci-
pite oēs qui habitatis orbē.
Quiqȝ terrigene et filij hoīm: si-
mul in unum diues et pauper.
Os meū loquet' sapiētiā: ⁊ me-
ditatio cordis mei prudenciā.
Inclinabo in parabolā aurē
meā: aperiā in psalterio ꝓposi-
tionē meā. Cur timebo in die
mala: iniqtas calcanei mei cir-
cundabit me. Qui confidūt in
virtute sua: ⁊ in multitudine di-
uiciaꝝ suaꝝ gloriātur. Frater
nō redimit redimet homo: nō
dabit deo placationē suā. Et
preciū redēptionis aīe sue: et
laborabit in eternū et viuet ad-
huc in finem. Non videbit interi-
tum cum viderit sapiētes mori-
entes: simul insipiēs et stultus
peribūt. Et relinquent alienis
diuicias suas: et sepulcra eorū
dom⁹ eoꝝ ī eternū. Tabernacula
eoꝝ ī ꝓgenie ⁊ ꝓgenie: vocaue-
runt nomīa sua in terris suis.
Et homo cum in honore esset
nō intellexit: cōparatus ē iumē-
tis insipientibȝ: et similis fact⁹
ē illis. Hec via illoꝝ scandalū
ipsis: et postea in ore suo cōpla-
cebunt. Sicut oues in inferno
positi sunt: mors depascet eos.
Et dñabūtur eorū iusti in ma-
tutino: ⁊ auxiliū eoꝝ veterascet
in inferno a gloria eoꝝ. Verū-
tamē de⁹ redimet aīam meā de
manu inferi cum acceperit me.
Ne timueris cum diues factus
fuerit homo: et cū mltiplicata
fuerit gloria dom⁹ eius. Quo-
niam cū interierit nō sumet oīa:
neqȝ descendet cū eo gloria eius.
Quia aīa eius in vita ipsius be-
nedicetur: cōfitebit' tibi cū bene
feceris ei. Introibit usqȝ in ꝓ-
genies patrū suoꝝ: usqȝ in eter-
nū nō videbit lumē. Homo cū
ī honore esset nō intellexit: cōpa-
ratus est iumētis insipientibus:
et similis factus est illis. Ps A
Deus deoꝝ dñs locut⁹ saph.
est: et vocauit terrā. A so-
lis ortu usqȝ ad occasum: ex sy-
on species decoris ei⁹. Deus ma-

nifeſte veniet: deus noſter et nō
ſilebit. Ignis in cōſpectu eiuſ
exardeſcet: et in circuitu eius tē-
peſtas valida. Advocavit celū
deſurſum: et terrā diſcernere po-
pulū ſuū. Congregate illi ſan-
ctos eius: qui ordināt teſtamē-
tum eius ſup ſacrificia. Et an-
nūciabūt celi iuſticiā eius: quō
deus iudex eſt. Audi ꝑplus me⁹
⁊ loquar: iſrł ⁊ teſtificabor tibi:
deus deus tuus ego ſum. Non
in ſacrificiis tuis arguam te: ho-
locauſta autē tua in conſpectu
meo ſunt ſemꝑ. Non accipiā
de domo tua vitulos: neq; de gre-
gibus tuis hircos. Quoniam
me ſunt oēs fere ſilvarū: iumē-
ta in mōtib; ⁊ boves. Cogno-
vi omīa volatilia celi: et pulcri-
tudo agri mecū eſt. Si eſuriero
non dicā tibi: meus ē enī orbiſ
terre ⁊ plenitudo eius. Nunqd
mādurabo carnes thaurorū:
aut ſanguinē hircoꝝ potabo?
Immola deo ſacrificiū laudis:
⁊ redde altiſſimo vota tua. Et
invoca me in die tribulacionis:
eruam te et honorificabis me.
Peccatori autē dixit de⁹ quare
tu enarras iuſticias meas: ⁊ aſ-
ſumis teſtamētū meum per os
tuū? Tu vero odiſti diſciplinā
et proieciſti ſermones meos re-
troſum. Si videbas furē curre-
bas cum eo: ⁊ cū adulteris por

cionem tuā ponebas. Os tuū
abundavit malicia: et lingua
tua concinnabat dolos. Sedēs
adūſus frēm tuū loquebaris:
et adūſum filiū mrīs tue pone-
bas ſcādalū: hec feciſti et tacui.
Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſi-
milis: arguā te et ſtatuā cōtra
faciē tuā. Intelligite hꝰ q obli-
viſcemini deū: nequādo rapiat
et non ſit q eripiat. Sacrificiū
laudis honorificabit me: et il-
lic iter quo oſtendā illi ſalutare
dei. Ps david cū venit ad eum
nathan ꝓpheta quando intra-
vit ad bethſabee
Miſerere mei
deus: ſcdm magnā miſe-
ricordiā tuā. Et ſcdm multitu-
dinē miſeracionū tuarꝫ: dele ini-
qtatem meam. Amplius lava
me ab iniqtate mea: et a pcco
meo mūda me. Quoniā iniq-
tatē meā ego cognoſco: et pec-
catum meū cōtra me ē ſemper.
Tibi ſoli peccavi et malū corā
te feci: ut iuſtificeris in ſermoni-
bus tuis ⁊ vincas cū iudicaris.
Ecce enī in iniqtatib; cōceptuſ
ſum: ⁊ in pccīs cōcepit me maſ
mea. Ecce enī veritatē dilexiſti:
incerta et occulta ſapientie tue
manifeſtaſti michi. Aſperges
me yſopo ⁊ mūdabor: lavabiſ
me et ſuper nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū ⁊
tus ſimiliter ut indoctus: et id-

circo teduit me vite mee viden-
tem mala vniũſa eſſe ſub ſole:
et cũcta vanitatẽ et afflictionẽ
ſpiritꝰ · Rurſus deteſtatus ſum
omnẽ induſtriã meã qua ſub
ſole ſtudioſiſſime laboraui: ha-
biturꝰ heredẽ poſt me · quẽ ig-
noro vtrũ ſapiens an ſtultus
futurus ſit: et dñabitur ĩ labo-
ribus meis quibꝫ deſudaui et
ſollicitus fui · Et eſt quicq̃ꝫ tam
vanũ: Unde ceſſaui: renuncia-
uitq; cor meũ vlt̃ laborare ſb̃
ſole · Nam cum alius laboret
in ſapiẽtia et doctrina ⁊ ſollici-
tudine: homĩi ocioſo q̃ſita di-
mittit · Et hoc quoq; vanitas:
⁊ magnũ malũ · Quid enĩ pro-
derit homĩi de vniũſo labore ſu-
o ⁊ afflictione ſpiritꝰ: qua ſub
ſole cruciatus eſt: Cuncti dies
eius doloribꝫ ⁊ erumnis pleni
ſunt: nec per noctem mente re-
quieſcit · Et hoc nõne vanitas
eſt: Nõne melius eſt comedere
et bibere: et oſtendere anime ſu-
e bona de laboribꝫ ſuis: Et hͦ de
manu dei eſt · Quis ita deuora-
bit ⁊ delicijs affluet ut ego: Ho-
mini bono in cõſpectu ſuo de-
dit deus ſapientiã et ſciẽtiam ·
et intelligentiã: pc̃ori aũt de-
dit afflictionẽ et curã ſupfluã:
ut addat et cõgreget et tradat
ei q̃ placuit deo · Sed et hͦ vani-
tas ẽ: ⁊ caſſa ſollicitudo mẽtis ·

III

Omnia tẽpus
habẽt: ⁊ ſuis ſpacijs tranſe-
unt vniũſa ſub celo · Tempus
naſcendi: et tẽpus moriẽdi · Tẽ-
pus plantandi: ⁊ tẽpus euellẽ-
di quod plãtatũ eſt · Tẽpus oc-
cidẽdi: et tẽpus ſanandi · Tẽpꝰ
deſtruẽdi: et tẽpus edificãdi · Tẽ-
pus flendi: et tẽpus ridendi · Tẽ-
pus plãgendi: et tẽpus ſaltan-
di · Tempꝰ ſpargendi lapides:
et tempus colligendi · Tempꝰ
amplexandi: ⁊ tempus longe
fieri ab amplexibꝫ · Tempꝰ acq-
rendi: et tempus pdendi · Tẽpꝰ
cuſtodiẽdi: ⁊ tempus abiciẽdi ·
Tempus ſcindendi: et tempus
cõſuendi · Tempus tacendi: et
tẽpus loquẽdi · Tempus dilecti-
onis: et tempus odij · Tempꝰ
belli: et tẽpus pacis · Quid ha-
bet amplius homo de labore
ſuo: Vidi afflictionẽ quã dedit
deus filijs hoĩm: ut diſtendant̃
in ea · Cuncta fecit bona in tem-
pore ſuo: et mũdũ tradidit diſ-
putationi eoꝝ: ut non inueni-
at homo opus quod operatus
eſt deus ab initio uſq; ad finẽ ·
Et cognoui q᷑ non eſſet meliꝰ
niſi letari: ⁊ facere bene in vita
ſua · Omnis enĩ homo q̃ come-
dit et bibit · et videt bonũ de la-
bore ſuo: hͦ donũ dei eſt · Didici:
q᷑ omnia opa q̃ fecit deus · pſe-
uerent ĩ perpetuũ · Nõ poſſumꝰ

eis quicq̄ addere nec auferre: q̄
fecit deus ut timeatur. Quod fac-
tum ē: ipm̄ pmanet. Que futu-
ra ſunt iam fuerūt: et deus in-
ſtaurat quod abijt. Vidi ſub
ſole in loco iudicij impietatem: et
in loco iuſticie iniquitatē: et dixi
in corde meo. Iuſtū et impiū iu-
dicabit dn̄s: et tempus omnis
rei tunc erit. Dixi in corde meo
de filijs hoīm. ut probaret eos
deus: et oſtenderet ſimiles eſſe
beſtijs. Idcirco unus interitus
eſt hominis et iumētorū: et equa
utriuſq; cōditio. Sicut moritur
homo: ſic et illa moriūtur. Si-
militer ſpirant omnia: et nichil
habet homo iumēto amplius.
Cuncta ſubiacent vanitati: et
omnia pgunt ad unū locū. De
terra facta ſunt: et in terram pa-
riter revertūtur. Quis novit ſi
ſpiritus filiorum adam aſcendat
ſurſum: et ſi ſpiritus iumētorum
deſcendat deorſū? Et deprehendi
nichil eſſe melius q̄ letari ho-
minē in opere ſuo: et hāc eſſe par-
tē illius. Quis enī eum adducet:
ut poſt ſe futura cognoſcat.

IIII

Verti me ad
alia: et vidi calumnias q̄
ſub ſole geruntur. et lacrimas in-
nocentium et neminē cōſolatorē:
nec poſſe reſiſtere eorum violētie.
cunctorum auxilio deſtitutos. Et
laudavi magis mortuos q̄ vi-
uentes: et feliciorē utroq; iudi-
cavi qui necdū natus ē: nec vi-
dit mala q̄ ſub ſole fiūt. Rur-
ſum cōtemplatus ſum omnes la-
bores hoīm: et induſtrias ani-
advertī patere invidie proximi.
Et in hoc ergo vanitas: et cura
ſuperflua eſt. Stultus cōplicat
manus ſuas: et comedit carnes
ſuas dicens. Melior ē pugillus
cum requie: q̄ plena utraq; ma-
nus cum labore et afflictione
animi. Cōſiderās repperi et aliā
vanitatē ſub ſole. Unus eſt et
ſecūdū non habet nō filiū nō
fratrem: et tamē laborare non ceſ-
ſat. nec ſaciantur oculi eius divi-
tijs: nec recogitat dicens. Cui
laboro: et fraudo aīam meam
bonis? In hoc quoq; vanitas
eſt: et afflictio peſſima. Melius
ē ergo duos eſſe ſimul. q̄ unū:
habent enī emolumētū ſocieta-
tis ſue. Si unus ceciderit: ab al-
tero fulcietur. Ve ſoli: quia cum
ceciderit non habet ſublevantē
ſe. Et ſi dormierint duo: fove-
buntur mutuo. Unus quomō
calefiet? Et ſi quiſpiā prevaluerit
cōtra unū: duo reſiſtūt ei. Fu-
niculus triplex difficile rūpitur.
Melior eſt puer pauper et ſapi-
ens rege ſene et ſtulto. qui neſ-
cit previdere in poſterū: quod de car-
cere cathenisq; interdū quis egre-
diatur ad regnū: et alius natus

in regno inopia cõſumatur. Vi-
di cũctos viuẽtes q̃ ambulãt
ſub ſole cum adoleſcente ſcḋo:
qui cõſurget pro eo. Infinitus
nũus eſt ṗpli oĩm qui fuerũt ãte
eum: et qui poſtea futuri ſunt
nõ letabũtur in eo. Sed ⁊ hoc
vanitas: et afflictio ſpiritus.
Cuſtodi pedẽ tuũ ingrediẽs do-
mum dei: ⁊ appropiqua ut au-
dias. Multo enĩ melior eſt obe-
diencia q̃z ſtultorũ victime: qui
neſciunt quid faciunt mali.

V

Ne temere
quid loquaris: neq; cor
tuũ ſit velox ad ꝓferendũ ſer
monem corã deo. Deus enĩ ĩ ce-
lo et tu ſup terram: idcirco ſunt
pauci ſermones tui. Multas
curas ſequuntur ſompnia: et ĩ mul-
tis ſermonibꝫ inuenietur ſtultici-
a. ſi quid vouiſti deo: ne more-
ris reddere. Diſplicet enĩ ei infi-
delis ⁊ ſtulta ꝓmiſſio. Sed q̃d-
cunq; voueris redde. Multoq;
melius eſt non vouere: q̃z poſt
votũ promiſſa nõ reddere. Ne
dederis os tuũ ut peccare facias
carnẽ tuã: neq; dicas coram an-
gelo non eſt ꝓuidencia: ne for-
te iratus dñs cõtra ſermones
tuos diſſipet cũcta opera ma-
nuũ tuarũ. Ubi multa ſunt ſõ-
nia plurime ſunt vanitates: ⁊
ſermones innumeri. Tu vero deũ
time. Si videris calũpnias ege-
norum et violenta iudicia ⁊ ſub-
uerti iuſticiam in ꝓuincia: nõ
mireris ſup hoc negocio quia
excelſo excelſior eſt alius: ⁊ ſup
hos quoq; eminenciores ſunt
alii: et inſup vniuerſe terre rex impe-
rat ſeruienti. Auarus non im-
plebitur pecunia: et qui amat
diuitias fructũ non capiet ex
eis. Et hoc ergo vanitas. Ubi
multe ſunt opes: multi et qui
comedunt eas. Et quid ꝓdeſt
poſſeſſori: niſi q cernit diuici-
as oculis ſuis: Dulcis eſt ſom-
nus operanti ſiue parũ ſiue mul-
tum comedat: ſaturitas autẽ
diuitis non ſinit eum dormire.
Eſt et alia infirmitas peſſima:
quã vidi ſub ſole. Diuicie con-
ſeruate in malũ dñi ſui. Pere-
unt enĩ in afflictione peſſima.
Generauit filium: qui in ſum-
ma egeſtate erit. Sicut egreſſus
eſt nudus de vtero mr̃is ſue ſic
reuertetur: ⁊ nichil auferet ſecũ de
labore ſuo. Miſerabilis pror-
ſus infirmitas. Quõ venit: ſic
reuertetur. Quid ergo ꝓdeſt ei q
laborauit in ventum: Cunctis
diebꝫ vite ſue comedit ĩ tenebris
et in curis multis: et in erũna
atq; triſticia. Hoc itaq; viſum
eſt michi bonũ: ut comedat quis
et bibat: et fruatur leticia ex la-
bore ſuo quo laborauit ipſe
ſub ſole numero dierũ vite ſue:

quos dedit ei deus: ⁊ hec ē pars
illiꝰ. Et omī homī cui dedit deꝰ
diuicias atqꝫ ſubſtanciā: poteſ⸗
tatemqꝫ ei tribuit ut comedat
ex eis et fruatur parte ſua ⁊ le⸗
tetur de labore ſuo: hoc eſt do⸗
num dei. Nō enī ſatis recorda⸗
bitur dierū vite ſue: eo ꝙ deus
occupet delicijs cor eius.
Est et aliud VI
malū qd̄ vidi ſub ſole: et quidē
frequens apud hoīes. Vir cui
dedit deus diuicias ⁊ ſubſtanci⸗
am et honorē et nichil deeſt aīe
ſue ex omnibus q̄ deſiderat: nec
tribuit ei poteſtatē deus ut co⸗
medat ex eo: ſed homo extraneus
uorabit illud. Hoc vanitas ⁊
magna miſeria eſt. Si genue⸗
rit quiſpiā centū liberos ⁊ vix⸗
erit multos annos et plures
dies etatis habuerit ⁊ aīa illiꝰ
non utatur bonis ſubſtantie
ſue ſepulturaqꝫ careat: de hoc
ego pronuncio ꝙ melior illo
ſit abortiuus. Fruſtra enī ve⸗
nit et ꝑgit ad tenebras: ⁊ obli⸗
uione delebitur nomen eius.
Non vidit ſolem neqꝫ cogno⸗
uit diſtāciam boni et mali: eci⸗
am ſi duobꝫ milibꝫ annis vix⸗
erit: et non fuerit ꝑfruitus bo⸗
nis. Nōne ad unū locū prope⸗
rant omnia: omnis labor ho⸗
minis in ore eius: ſed aīa eius
nō implebitur. Quid habet am⸗
plius ſapiens a ſtulto: et quid
pauper niſi ut ꝑgat illuc ubi ē
vita: Melius eſt videre quod cu⸗
pias: quā deſiderare quod neſ⸗
cias. Sed et hoc vanitas eſt: et
p̄ſumptio ſpiritꝰ. Qui futurus
eſt: iam vocatū eſt nomē eius:
et ſcitur ꝙ homo ſit et nō poſ⸗
ſit ꝯtra fortiorē ſe ī iudicio ꝯte⸗
dere. Verba ſunt plurima: mul⸗
tamqꝫ in diſputādo habentia
vanitatē. VII
Quid neceſſe ē homī maio⸗
ra ſe querere: cū ignoret qd̄ cō⸗
ducat ſibi in vita ſua numero
dierū peregrinacionis ſue ⁊ tē⸗
pore quod velut umbra p̄terit:
Aut q̄s ei poterit indicare: qd̄
poſt eū futurū ſub ſole ſit: Me⸗
lius ē nomē bonū q̄ꝫ ungenta
p̄cioſa: et dies mortis die nati⸗
uitatis. Melius ē ire ad domū
luctus q̄ꝫ ad domū cōuiuij. In
illa enī finis cunctoꝝ āmonet
hoīm: et viuens cogitat quid
futurū ſit. Melior ē ira riſu: q̄a
per triſticiam vultus corrigitur
animꝰ delinquentis. Cor ſapiē⸗
cium ubi triſticia eſt: et cor ſtul⸗
torum ubi leticia. Melius eſt a
ſapiente corripi q̄ꝫ ſtultoꝝ adu⸗
latione decipi: quia ſicut ſoni⸗
tus ſpinarū ardenciū ſub olla
ſic riſus ſtulti. Sed et hoc vani⸗
tas. Calumnia ꝯturbat ſapiē⸗
tem: et ꝑdet robor cordis eius.

Melior eſt finis oracionis: q̄ʒ prin-
cipium. Melior eſt paciens ar-
rogante. Ne ſis velox ad iraſ-
cendum: quia ira in ſinu ſtul-
ti requieſcit. Ne dicas: quid putas
cauſe ē q̄ priora tempora melio-
ra fuere q̄ʒ nunc ſunt. Stulta
eſt enim huiuſmodi interrogacio.
Utilior eſt ſapiencia cum divi-
ciis: et magis prodeſt videntibus
ſolem. Sicut enim protegit ſapiē-
cia: ſic protegit pecunia. Hoc
autē plus habet erudicio et ſa-
piencia: q̄ vitam tribuunt poſ-
ſeſſori ſuo. Conſidera opera dei:
q̄ nemo poſſit corrigere quē il-
le deſpexit. In die bona fruere
bonis: et malā diem precave.
Sicut enim hanc ſic et illā fecit de-
us: ut non inveniat homo cō-
tra eum iuſtas querimonias.
Hec q̄ʒ vidi in diebʒ vanitatis
mee. Iuſtus perit in iuſticia ſu-
a: et impius multo vivit tem-
pore in malicia ſua. Noli eſſe
iuſtus multū. neqʒ plus ſapias
q̄ʒ neceſſe eſt ne obſtupeſcas.
Ne impie agas multū: et noli
eſſe ſtultus: ne moriaris in tē-
pore non tuo. Bonū eſt te ſuſ-
tentare iuſtū: ſed et ab illo ne
ſubtrahas manū tuā: quia q̄
timet deū nichil negligit. Sa-
piencia confortavit ſapientem: ſu-
per decem principes civitatis. Nō
eſt enim homo iuſtus in terra: q̄
faciat bonū et nō peccet. Sed et
cunctis ſermonibʒ q̄ dicuntur. Ne
accomodes cor tuum: ne forte
audias ſervū maledicentē tibi.
Scit enim conſciencia tua: quia et tu
crebro maledixiſti aliis. Cunc-
ta temptavi in ſapiēcia. Dixi.
Sapiens efficiar: et ipſa longius
receſſit a me multomagis q̄ʒ
erat. Et alta profunditas: quis
inveniet eā? Luſtravi univerſa
animo meo: ut ſcirem et cōſide-
rarem et quererem ſapienciā et
racionē: et ut cognoſcerē impie-
tatem ſtulti et errorē impruden-
ciū. Et inveni amariorē morte
mulierem: que laqueus venato-
rum eſt: et ſagena cor eius. Vin-
cula ſūt manus illius. Qui pla-
cet deo effugiet illam: qui autē
peccator eſt capietur ab illa. Ec-
ce hoc inveni dixit eccleſiaſtes.
unū et alterū. ut invenirem raci-
onē quā adhuc querit aīa me-
a: et non inveni. Virū de mille
unū repperi: mulierē ex omnibus
non inveni. Solūmodo hoc i-
nveni. q̄ fecerit deus hoīem rectū:
et ipſe ſe infinitis miſcuerit q̄ſti-
onibʒ. Quis talis ut ſapiens eſt?
Et quis cognovit ſolucionem

Sapi- **VIII** verbi:
encia hoīs lucet in vultu
eius: et potentiſſimus faciem illius
commutabit. Ego os regis obſer-
vo: et precepta iuramenti dei. Ne

feſtines recedere a facie ei⁹. ne-
q; pmaneas in ope malo: q̃a
omne qđ uoluerit faciet: et ſer-
mo illius poteſtate plenus eſt.
Nec dicere ei quiſquã poteſt: q̃-
re ita facis. Qui cuſtodit p̄cep-
tum: non experietur quicq; mali.
Tempus et reſpõſionẽ cor ſa-
piẽtis intelligit. Omni negocio
tempus eſt et oportunitas: et
multa hoīs afflictio quia igno-
rat p̄terita: et futura nullo ſci-
re poteſt nũcio. Non eſt in ho-
minis poteſtate ꝓhibere ſpm̄.
nec habet poteſtatẽ in die mor-
tis: nec ſinitur quieſcere ingru-
ente bello: neq; ſaluabit impi-
etas impiũ. Omnia hec ↄſidera-
ui: ⁊ dedi cor meũ in cũctis opi-
bus que fiũt ſub ſole. Interdũ
dñatur homo homĩ in malũ
ſuũ. Vidi impios ſepultos: qui
etiã cum adhuc uiuerẽt. ĩ loco
ſancto erant: et laudabãtur ĩ
ciuitate q̃ſi iuſtorũ opm. Sed
et hoc uanitas eſt. Etenĩ quia
nõ ꝓfertur cito contra malos
ſententia: abſq; timore ullo fi-
lii hoīm perpetrant mala. At
tamẽ peccator ex eo q' centies facit
malũ et per paciẽciã ſuſtentat':
ego cognoui q' erit bonũ timẽ-
tibus deũ: qui uerent' faciẽ ei⁹.
Non ſit bonũ impio nec ꝓlõ-
gentur dies ei⁹: ſed quaſi um-
bra tranſeant: qui non timẽt

faciem dñi. Eſt et alia uanitaſ
que fit ſup terram. Sunt iuſti
quibus mala proueniũt qua-
ſi opera egerint impiorꝫ: et ſunt
impii qui ita ſecuri ſunt: quaſi
iuſtorꝫ facta habeãt. Sed et hoc
uaniſſimũ iudico. Laudaui igi-
tur leticiã: q' nõ eſſet homini bo-
nũ ſub ſole. niſi q' comederet et
biberet atq; gauderet: et hoc ſolũ
ſecum auferret de labore ſuo.
omnibus diebꝫ uite ſue quos de-
dit ei deus ſub ſole. Et appoſui
cor meũ ut ſcirem ſapiẽtiam: ⁊
intelligerẽ diſtenſionẽ que uer-
ſatur in terra. Eſt homo qui di-
ebus ⁊ noctibꝫ ſomnũ non ca-
pit oculis. Et intellexi: q' omnium
operũ dei nullam poſſit homo
inuenire rationẽ eorũ que fiũt
ſub ſole: ⁊ quanto plus labora-
uit ad querendũ. tanto minuſ
inueniat minus. Etiã ſi dixerit
ſapiens ſe noſſe: nõ poterit re-
perire. Omnia hec tractaui in cor-
de meo: ut curioſe intelligerem.

IX

Sunt iuſti atq;
ſapiẽtes: et opa eorꝫ ma-
nu dei. Et tamen neſcit homo
utrũ amore an odio dignus ſit:
ſed omnia in futurũ ſeruãtur ĩ-
certa: eo q' uniũſa eque eueni-
ant iuſto ⁊ impio. bono ⁊ ma-
lo. mũdo et ĩmundo: ĩmolanti
uictimas: et ſacrificia cõtemnẽ-
ti. Sicut bonus ſic peccator: ut

periurus ſic ille q̄ verū deierat.
Hoc ē peſſimū inter omĩa que
ſub ſole fiūt: quia eadem cunc-
tis eueniūt. Unde ⁊ corda filio-
rum hoīm implent̄ malicia et
cōtemptu in vita ſua: ⁊ poſt hec
ad inferos deducētur. Nemo ē
qui ſemp viuat: et q̄ huiuſmo-
di rei habeat fiduciā. Melior ē
canis viuꝰ leone mortuo. Ui-
uentes eīm ſciūt ſe eſſe moritu-
ros: mortui vō nichil nouerūt
ampliꝰ. Nec habēt ultra merce-
dem: quia obliuioni tradita ē
memoria eorū. Amor quoq;
et odiū ⁊ īuidie ſimul perierūt:
nec habēt partem in hoc ſeculo:
⁊ in tempe quod ſub ſole geri-
tur. Uade ergo ⁊ comede in le-
ticia panē tuū: et bibe cū gau-
dio vinū tuū. quia deo placēt
opa tua. Omĩ tempe ſint veſti-
mēta tua cādida: et oleū de ca-
pite tuo non deficiat. Perfrue-
re vita cum vxore quā diligis
cūctis dieb; vite inſtabilitatis
tue: qui dati ſunt tibi ſub ſole
omĩ tempe vanitatis tue. Hec
ē eīm pars in vita: et in labore
tuo quo laboras ſub ſole. Quod-
cumq; facere poteſt manꝰ tua ī-
ſtanter operare: q̄a nec opus
nec ratio. nec ſapiencia nec ſci-
encia erit apud inferos: quo tu
properas. Verti me ad aliud:
⁊ vidi ſub ſole. nec velociū eſſe
curſum. nec fortiū bellū. nec ſa-
pientiū panē. nec doctorū diui-
tias. nec artificiū graciā: ſed tē-
pus caſumq; in omib;. Neſcit
homo finem ſuū: ſed ſicut piſ-
ces capiūtur hamo. et aues la-
queo cōprehēdunt̄. ſic capiun-
tur hoīes in tempe malo: cum
eis extimplo ſupuenerit. Hanc
quoq; ſub ſole vidi ſapientiā:
⁊ pbaui maximā. Ciuitas par-
ua: ⁊ pauci in ea viri. Uenit cō-
tra eā rex magnus et vallauit
eā: extruxitq; municiones per
girū: et pfecta eſt obſidio. Inuē-
tuſq; ē in ea vir pauper et ſapi-
ens: ⁊ liberauit urbem p ſapiē-
tiam ſuam: ⁊ nullus deinceps
recordatus eſt hoīs illius pau-
peris. Et dicebam ego meliorē
eſſe ſapiēciā fortitudine. Quo-
mō ergo ſapiēcia pauperis cō-
tempta eſt: et verba eius non
ſunt audita? Verba ſapientiū
audiūtur in ſilēcio: plus q̄ cla-
mor pncipis inter ſtultos. Me-
lior ē ſapiēcia q̄ arma bellica:
et qui in uno peccauerit. multa
bona perdet. X

Muſce morientes pdūt ſua-
uitatē vnguēti. Precioſi-
or eſt ſapientia: paruaq; glīa
ad tempus ſtulticia. Cor ſapi-
entis in dextera eius: et cor ſtulti
in ſiniſtra illius. Sed et in via
ſtultus ambulās: cū ipſe inſipi-

cus ſit omnes ſtultos eſtimat.
Si ſpiritus poteſtatē habentis
aſcenderit ſup te. locū tuū ne di-
miſeris: quia curatio faciet ceſ-
ſare peccata maxima. Eſt ma-
lum quod vidi ſub ſole: quaſi
p errorē egrediens a facie prīci-
pis. Poſitū ſtultū in dignita-
te ſublimi: et divites ſedere de-
orſum. Vidi ſeruos in equis:
et p̄ncipes ambulātes ſup trā
quaſi ſeruos. Qui fodit foueā
incidet in eam: et qui diſſipat
ſepem mordebit eum coluber.
Qui tranſfert lapides affligetur
in eis: et q̄ ſcindit ligna vulne-
rabitur ab eis. Si retuſum fuerit
ferrū. et hoc nō ut prius ſed he-
betatū fuerit. multo labore exa-
cuetur: et poſt induſtriā ſeque-
tur ſapiētia. Si mordeat ſerpēs
in ſilēcio: nichil eo minus habet
q̄ occulte detrahit. Verba oris
ſapiētis grā: et labia inſipiētis
p̄cipitabūt eū. Iniciū verboꝝ
eius ſtulticia: et nouiſſimū oris
illius error peſſimus. Stultus ver-
ba multiplicat. Ignorat homo
qd āte ſe fuerit: et quod poſt fu-
turū ſit quis ei poterit indicare?
Labor ſtultorū affliget eos: q̄
neſciūt in urbem pgere. Ve ti-
bi terra cuius rex eſt puer: et cu-
ius p̄ncipes mane comedunt.
Bēa terra cuius rex nobilis eſt:
et cuius p̄ncipes veſcūtur in tē-
pore ſuo. ad reficiendū. et non
ad luxuriā. In pigriciis humi-
liabitur cōtignatio: et in infirmi-
tate manuū pſtillabit domus.
In riſum faciūt panem et vinū:
ut epulentur bibētes. Et pecunie
obediūt omnia. In cogitatione
tua regi ne detrahas: et in ſecre-
to cubiculi tui ne maledixeris
diviti: quia et aues celi portabūt
vocem tuā: et qui habent pen-
nas annūciabūt ſententiam.

XI

Mitte panē
tuū ſup trāſeūtes aquas:
quia poſt tempa multa inueni-
es illū. Da partes ſeptē necnō
et octo: quia ignoras quid fu-
turū ſit mali ſup terram. Si re-
plete fuerīt nubes: imbrē ſup
terram effundent. Si ceciderit lig-
num ad auſtrū aut ad aquilo-
nem: in quocūq; loco ceciderit
ibi erit. Qui obſeruat ventū nō
ſeminat: et qui cōſiderat nubes
nūq̄; metet. Quō ignoras que
ſit via ſp̄us. et qua ratione cōpi-
gantur oſſa in ventre pregnā-
tis: ſic neſcis opa dei qui fabri-
cator eſt omnium. Mane ſemina ſe-
men tuū et veſpere ne ceſſet ma-
nus tua: quia neſcis quid ma-
gis oriatur hoc aut illud: et ſi
utrūq; ſimul. melius erit. Dul-
ce lumē et delectabile eſt oculis
videre ſolem. Si annis multis
vixerit homo et in hiis omnib;

letus fuerit: meminiſſe debet te-
nebroſi temporis et dierū multo-
rum: qui cum venerit · vanita-
tis arguētur pterita · Letare er-
go iuuenis in adoleſcētia tua ·
et in bono ſit cor tuū in diebꝫ
iuuētutis tue: et ambula in vi-
js cordis tui · et in intuitu ocu-
lorꝫ tuorꝫ: ⁊ ſcito ꝙ pro omībꝫ
hiis adducet te deus in iudiciū ·
Aufer iram a XII
corde tuo: et amoue ma-
liciā a carne tua · Adoleſcentia
enī et voluptas · vana ſunt · Me-
mento creatoris tui in diebꝫ iu-
uētutis tue: anteꝗ̄ veniat tem-
pus afflictionis tue: et appro-
pinquēt anni de quibꝫ dicas ·
nō michi placēt · Anteꝗ̄ tene-
breſcāt ſol · et lumē · et ſtelle · et
luna: ⁊ reuertant nubes poſt
pluuiā · Quando cōmouebūt
cuſtodes dom⁹ et nutabūt viri
fortiſſimi: ⁊ ocioſe erūt molētes
ī minuto nūo: ⁊ tenebreſcēt vi-
dentes per foramina: ⁊ claudēt
oſtia in platea in humilitate
vocis molētis: ⁊ cōſurgent ad
vocem volucris: ⁊ obſurdeſcēt
omnes filie carminis · Excelſa ꝗ̄
timebūt: ⁊ formidabūt in via ·
Florebit amigdalus: impin-
guabit locuſta: et diſſipabitur
capparis · Quoniā ibit homo
ī domū eternitatis ſue: ⁊ circui-
būt in platea plāgentes · An-
teꝗ̄ rumpatur funiculus argēte-
us · ⁊ recurrat vitta aurea: ⁊ cō-
teratur ydria ſup fōtem · et cōfrin-
gatur rota ſup ciſternam · ⁊ re-
uertatur puluis in terram ſuā vn-
de erat: et ſpiritus redeat ad de-
um qui dedit illū · Vanitas va-
nitatū dixit eccliaſtes: et omīa
vanitas · Cumq̄ eſſet ſapiētiſſi-
mus eccliaſtes · docuit pplm ⁊ e-
narrauit que fecerat: et inueſti-
gans cōpoſuit parabolas mꝉ-
tas · Queſiuit verba vtilia: ⁊ cō-
ſcripſit ſermones rectiſſimos:
ac veritate plenos · Verba ſa-
pientiū ſicut ſtimuli: et ꝗ̄ſi cla-
ui in altū defixi: que p magrorū
cōſiliū data ſūt a paſtore vno ·
His amplius fili mi ne requi-
ras · Faciēdi plures libros nꝉ-
lus eſt finis: frequēſq̄ medita-
cio · carnis afflictio eſt · Finē lo-
quēdi pariter omēs audiam⁹ ·
Deū time: ⁊ mandata eius ob-
ſerua · Hoc ē omīs homo · Cūc-
ta que fiūt adducet deus in iu-
diciū p omī errato: ſiue bonū
ſiue malū ſit · Incipiunt canti
ca canticorum.

Oſculetur me
oſculo oris ſu-
i · Quia melio-
ra ſunt vbera
tua vino: fra-
grātia vngētis optimis · Oleū
effuſum nomē tuū: ideo adoleſ-

centule dilexerūt te· Trahe me
post te· curremꝰ in odore ung-
uentoꝝ tuorū· Introduxit me
rex ī cellaria sua· Exultabimuſ
et letabimur in te: memores u-
berū tuoꝝ sup vinū· Recti dili-
gunt te· Nigra sū sed formosa
filie ihrłm· sicut tabernacula ce-
dar: sicut pelles salomonis·
Nolite me cōsiderare q fusca
sim: quia decolorauit me sol·
Filij mr̄is mee pugnauerunt
cōtra me: posuerūt me custodē
vineis· Vineā meā non custo-
diui· Indica michi quē diligit
aīa mea· ubi pascas ubi cubeſ
in meridie: ne vagari incipiā
post greges sodaliū tuoꝝ· Si
ignoras te o pulcrima īt mu-
lieres: egredere et abi post veſ-
tigia gregū: et pasce hedos tu-
os iuxta tabernacula pastoꝝ·
Eq̄tatui meo ī curribꝫ pharao-
nis· assimilaui te amica mea·
Pulcre sunt gene tue sicut tur-
turis: colliū tuū sicut monilia·
Murenulas aureas facietmꝰ ti-
bi: vermiculatas argento· Cū
esset rex ī accubitu suo: narduſ
mea dedit odorē suū· Fascicu-
lus mirre dilectus meꝰ michi:
inter ubera mea cōmorabitur·
Botrus cipri dilectus meꝰ mi-
chi: in vineis engaddi· Ecce tu
pulcra es amica mea: ecce tu
pulcra: oculi tui colūbaꝝ· Ecce
tu pulcer es dilecte mi· et deco-
rus· Lectulus noster floridus:
tigna domoꝝ nr̄arū cedrina:
laquearia nostra cipressina·

II

Ego flos campi:
et liliū cōuallium· Sicut li-
lium inter spinas: sic aīa mea
inter filias· Sicut malus inter
ligna siluaꝝ: sic dilectus meuſ
inter filios· Sub umbra illiuſ
quē desideraueram sedi: et fructuſ
eiꝰ dulcis gutturi meo· Intro-
duxit me rex in cellam vinariā:
ordinauit in me caritatē· Ful-
cite me floribꝫ· stipate me ma-
lis: q̄a amore langueo· Leua
eius sub capite meo: et dextera
illiꝰ amplexabit me· Adiuro
vos filie ihrłm· per capreas cer-
uosq; campoꝝ: ne suscitetis ne-
q; vigilare faciatis dilectam: q̄
adusq; ipsa velit· Vox dilecti
mei· Ecce iste venit saliēs ī mō-
tibus: transiliens colles· Similiſ
est dilectus meus capree hynu-
loq; ceruorū· En ipse stat post
parietem nr̄m· respiciēs p fenes-
tras: pspiciens p cācellos· En
dilectus meus loquitur michi·
Surge propera amica mea· co-
lumba mea· formosa mea et
veni· Iam enī hiemps transijt:
imber abijt et recessit· Flores
apparuerūt in terra: tēpus pu-
tationis aduenit· Vox turturis
audita est in terra nr̄a: ficus p-

tulit groſſos ſuos: vinee florē-
tes dederūt odorē ſuū. Surge
propera amica mea ſpecioſa
et veni: columba mea in forami-
nibꝫ petre in caverna macerie.
Oſtende michi faciē tuā: ſonet
vox tua in auribꝫ meis. Vox
enī tua dulcis: et facies tua de-
cora. Capite nobis vulpes par-
vulas: que demoliūtur vineas.
Nā vinea nr̄a floruit. Dilectus
meus michi ⁊ ego illi: qui paſ-
citur inter lilia: donec aſpiret di-
es et inclinentur umbre. Reuer-
tere: ſimilis eſto dilecte mi capre
hynuloqꝫ cervoꝶ: ſup mōtes
bethel.

III

In lectulo
meo per noctē qſivi quē diligit
aīa mea. Queſivi illū: et nō in-
veni. Surgā et circuibo civita-
tem p vicos et plateas: querā
quē diligit aīa mea. Queſivi il-
lū: et nō inveni. Invenerūt me
vigiles: qui cuſtodiūt civitatē.
Nū quē diligit aīa mea vidiſ-
tis? Paululū cū ptranſiſſem eos:
īveni quē diligit aīa mea. Te-
nui eū: nec dimittā: donec intro-
ducā illū in domū mr̄is mee: ⁊
ī cubiculū genitricis mee. Ad-
iuro vos filie ihr̄lm p capreas
cervoſqꝫ campoꝶ: ne ſuſcitetis
neqꝫ vigilare faciatis dilectā:
donec ipa velit. Que ē iſta que
aſcendit p deſertū: ſicut virgula
fumi ex aromatibꝫ mirre ⁊ thu-
ris: ⁊ univerſi pulveris pigmēta-
rii? En lectulū ſalomonis ſexa-
ginta fortes ambiūt: ex fortiſ-
ſimis iſrl̄: omēs tenētes gladi-
os: et bella doctiſſimi. Uniuſ-
cuiuſqꝫ enſis ſup femur ſuū: ꝓp-
ter timores nocturnos. Ferculū
fecit ſibi ſalomō de lignis liba-
ni. Columnas eius fecit argen-
teas: reclinatoriū aureū: aſcenſū
purpureū: media caritate con-
ſtravit: ꝓpter filias ihr̄lm. Egre-
dimini filie ſyon: et videte regem
ſalomonē in diademate: quo
coronavit illū mater ſua: ī die
deſponſationis illius: ⁊ in die le-
ticie cordis eius.

IIII

Quā pulcra es amica mea:
qꝫ pulcra es. Oculi tui co-
lumbaꝶ: abſqꝫ eo quod intrin-
ſecꝰ latet. Capilli tui ſicut gre-
ges capraꝶ que aſcenderūt de
mōte galaad. Dentes tui ſicut
greges tonſaꝶ: que aſcenderūt
de lavacro. Omēs gemellis fe-
tibꝫ: et ſterilis non eſt inter eas.
Sicut vitta coccinea labia tua:
et eloquiū tuū dulce. Sicut frag-
men mali punici ita gene tue:
abſqꝫ eo quod intrinſecus latet.
Sicut turris david collum tu-
um: q̄ edificata ē cū ꝓpugnacu-
lis. Mille clipei pendēt ex ea: om-
nes armatura fortiū. Duo ube-
ra tua ſicut duo hynuli capree
gemelli: qui paſcuntur in liliis:

donec aſpiret dies · ⁊ inclinent
vmbre · Vadā ad mōtem mir-
re: ⁊ ad collē thuris · Tota pul-
cra es amica mea: ⁊ macľa nō
eſt in te · Veni de libano ſpōſa
mea: veni de libano veni · Co-
ronaberis de capite amana · de
uertice ſanir: et hermon: de cu-
bilib; leonū · de mōtib; pardo-
rū · Vulneraſti coꝛ meū · ſoror
mea ſpōſa: vulneraſti coꝛ me-
um in vno oculoꝝ tuoꝝ: et in
vno crine colli tui · Quā pulcre
ſunt māme tue ſoroꝛ mea ſpō-
ſa · Pulcrioꝛa ſunt vbera tua
vino: et odoꝛ vngentoꝝ tuorū
ſup oīa aromata · Fauus diſ-
tillans labia tua ſponſa: mel
et lac ſub lingua tua: et odor
veſtimentoꝝ tuorū ſicut odor
thuris · Ortus cōcluſus ſoror
mea ſponſa: ortus concluſus
fons ſignatus · Emiſſiones tu-
e paradiſus maloꝝ punicoꝝ:
cū pomoꝝ fructib; · Cipri cū nā-
dꝰ · nardꝰ ⁊ crocꝰ: fiſtula ⁊ cina-
momū cum vniūſis lignis li-
bani: mirra et aloes cū omīb;
pmis vngentis · Fons ortorū
puteus aquaꝝ viuentiū: q̄ flu-
unt impetu de libano · Surge
aquilo ⁊ veni auſter: perfla oꝛ-
tum meū: et fluent aromata il-
Veniat di- V lius ·
lectus meus in ortū ſuū:
vt comedat fructū pomoꝝ ſuo-
rum · Veni in ortū meū ſoror
mea ſponſa: meſſui mirrā me-
am cum aromatib; meis · Co-
medi fauū cum melle meo: bi-
bi vinū meū cū lacte meo · Co-
medite amici et bibite: ⁊ īebria-
mini cariſſimi · Ego dormio: ⁊
coꝛ meum vigilat · Vox dilecti
mei pulſantis · Aperi michi ſo-
ror mea amica mea columba
mea īmaculata mea · quia ca-
put meū plenū eſt roꝛe: et cīcin-
ni mei guttis noctiū · Expolia-
ui me tunica mea: quomō in-
duar illa: laui pedes meos: q̊-
modo quo inquinabo illos: Di-
lectus meꝰ miſit manū ſuā p
foramen: et venter meus intre-
muit ad tactū eius · Surrexi vt
apirē dilecto meo · Manꝰ mee
ſtillauerūt mirram: ⁊ digiti mei
pleni mirra pbatiſſima · Peſ-
ſulum hoſtij mei apui dilecto
meo: at ille declinauerat atq;
trāſierat · Aīa mea liquefacta
eſt: vt dilectus locutus eſt · Que-
ſiui et non inueni illū: vocaui:
et non reſpondit michi · Inue-
nerunt me cuſtodes qui circuie-
runt ciuitatē · Percuſſerūt me
et vulnerauerūt me: tulerūt pal-
lium meum cuſtodes muroꝝ ·
Adiuro vos filie ihrlm: ſi inue-
neritis dilectū meū vt nūcietis
ei quia amore langueo · Qua-
lis ē dilectus tuus ex dilecto: o

pulcerrima mulierū? Qualis ē
dilectus tuus ex dilecto: q̄a ſic
adiuraſti nos? Dilectus meus
candidus ⁊ rubicūdus: electꝰ
ex milibꝫ. Caput eius aurū op-
timū: come eius ſicut elate pal-
marū: nigre quaſi coruꝰ. Ocu-
li eius ſicut columbe ſuꝑ riuu-
los aquarū que lacte ſunt lote:
⁊ reſident iuxta fluenta plenis-
ſima. Gene illius ſicut areole
aromatū: conſite a pigmētari-
js. Labia eius lilia diſtillantia
mirrā primā. Manus illiꝰ tor-
natiles: auree: plene iacinctis.
Venter eius eburneus: diſtinc-
tus ſaphiris. Crura illiꝰ colū-
ne marmoree: que fūdate ſūt
ſuꝑ baſes aureas. Species ei-
us ut libani: electus ut cedri.
Guttur illiꝰ ſuauiſſimū: ⁊ totus
deſiderabilis. Talis eſt dilectus
meus: ⁊ ipē eſt amicus meus
filie ihrl'm. Quo abijt dilectus
tuus o pulcerrima mulierum:
quo declinauit dilectus tuus:
Et queremꝰ eum tecum.

VI

Dilectus
meus deſcendit in ortū ſuū ad
areolā aromatū: ut ibi paſcatur
in ortis. ⁊ lilia colligat. Ego
dilecto meo: ⁊ dilectus meus
michi: q̄ paſcitur inter lilia. Pul-
cra es amica mea: ſuauis ⁊ de-
cora ſicut ihrl'm: terribilis ut
caſtrorū acies ordinata. Auer-
te oculos tuos a me: quia ipſi
me auolare fecerūt. Capilli tui
ſicut grex caprarū: que apparu-
erūt de galaad. Dētes tui ſicut
greges ouiū: que aſcenderūt de
lauacro. Omēs gemellis fetibꝫ:
⁊ ſterilis nō ē ī eis. Sicut cortex
mali punici. ſic gene tue: abſ-
q; occultis tuis. Sexaginta ſūt
regine: ⁊ octoginta cōcubine: ⁊
adoleſcētularū nō ē nūs. Una
eſt columba mea ꝑfecta mea:
una eſt m̄ri ſue: electa genitrici
ſue. Viderūt eā filie ſyon ⁊ bea-
tiſſimā ꝑdicauerūt: regine ⁊ cō-
cubine laudauerūt eam. Que
ē iſta que ꝓgreditur quaſi auro
ra cōſurgens: pulcra ut luna.
electa ut ſol. terribilis ut caſtro-
rum acies ordinata? Deſcendi
in ortū nucū ut viderem poma
cōuallium: ⁊ inſpicerē ſi floruiſ-
ſet vinea: ⁊ germinaſſēt mala-
punica. Neſciui. Aīa mea con-
turbauit me: ꝓpter quadrigas
aminadab. reuertere reuertere ſu-
namitis: reuertere reuertere ut
intueamur te.

VII

Quid videbis in ſunamite:
niſi choros caſtrorum?
Quā pulcri ſunt greſſus tui in
calciamētis filia ꝑncipis. Junc
ture feminū tuorū ſicut moni-
lia: que fabricata ſunt manu
artificis. Umbilicus tuus cra-
ter tornatilis: nūq̄ indigēs po-

tulis· Venter tuus ſicut aceruꝰ
tritici: vallatus liliis· Duo ube-
ra tua ſicut duo hīnuli gemel-
li capree· Collū tuū ſicut turris
eburnea: oculi tui ſicut piſcine
in eſebon: que ſunt in porta fi-
lie multitudinis· Naſus tuus ſi-
cut turris libani: q̄ reſpicit cōt̄
damaſcū· Caput tuū ut carme-
lus: et come capitis tui ſicut
purpura regis iūcta canalibꝫ·
Quā pulcra es· et q̄ꝫ decora ca-
riſſima in deliciis· Statura tu-
a aſſimilata eſt palme: et ube-
ra tua botris· Dixi· Aſcendā ī
palmā: et app̄hēdā fructus eiꝰ·
Et erūt ubera tua ſicut botri vi-
nee: et odor oris tui ſicut odor
maloꝝ: guttur tuū ſicut vinū
optimū· Dignum dilecto meo
ad potandū: labiiſq; ⁊ dentibꝫ
illiꝰ ad ruminādū· Ego dilec-
to meo: et ad me cōuerſio eiꝰ·
Veni dilecte mi egrediamur ī
agrū: cōmoremur ī villis· Ma-
ne ſurgamꝰ ad vineas: videa-
mus ſi floruit vinea· ſi flores
fructus parturiūt: ſi floruerūt
mala punica· Ibi dabo tibi u-
bera mea· Mandragore dede-
runt odorē ī portis nr̄is· Oīa
poma noua et vetera dilecte
mi ſeruaui tibi· VIII
Quis michi det te frēm meū
ſugentē ubera mr̄is mee:
ut inueniā te foris ⁊ deoſculer ⁊
iam me nemo deſpiciat: Appre-
hendā te et ducā in domū mr̄is
mee: et in cubiculū genitricis
mee· Ibi me docebis: ⁊ dabo ti-
bi poculum ex vino cōdito: et
muſtū maloꝝ granatoꝝ meo-
rum· Leua eiꝰ ſub capite meo:
et dextera illius amplexabitur
me· Adiuro vos filie ihr̄uſa-
lem: ne ſuſcitetis neq; euigila-
re faciatis dilectā: donec ipa ve-
lit· Que eſt iſta que aſcendit de
deſerto deliciis affluēs: innixa
ſuper dilectū ſuū: Sub arbore
malo ſuſcitaui te· Ibi corrup-
ta eſt mater tua: ibi violata eſt
genitrix tua· Pone me ut ſig-
naculū ſup cor tuū· ut ſigna-
culū ſup brachiū tuū: q̄a fortis
eſt ut mors dilectio: dura ſicut
infernus emulatio· lampades ei-
us· ut lampades ignis atq; flā-
marū· Aque multe nō potue-
rūt extinguere caritatē: nec flu-
mina obruēt illam· Si dederit
homo omnē ſubſtantiā domꝰ
ſue ꝓ dilectione: quaſi nichil
deſpiciet eam· Soror nr̄a par-
ua: et ubera non habet· Quid
faciemꝰ ſorori nr̄e: in die quā-
do alloquēda eſt: Si murus ē
edificemus ſup eū ꝓpugnacula
argentea· Si oſtiū eſt: cōpiga-
mꝰ illud tabulis cedrinis· ego
murus: et ubera mea ſicut tur-
ris: ex quo facta ſum coram eo

quaſi pacē reperiēs· Vinea fu-
it pacifico: ī ea: que habet po-
pulos· Tradidit eā cuſtodib;:
vir affert pro fructu eius mille
argēteos· Vinea mea coram
me eſt· Mille tui pacifici: et du-
centi hiis qui cuſtodiūt fructuſ
eius· Que habitas in ortis· a-
mici auſcultāt: fac me audire
vocem tuā· Fuge dilecte mi: ꝛ
aſſimilare capree hynuloq;
ceruoꝝ ſup montes aromatū·

Explicit cantica canticorū.

Incipit liber Sapientie cap. j.

Diligite iuſticiā:
qui iudicatis
terrā· Sētite de
dn̄o ī bonita-
te: et in ſimplici-
tate cordis q̄-
rite illū: qm̄ inuenitur ab hiis q̄
non temptāt illū: apparet aūt
eis qui fidē habēt in illū· Per-
uerſe eīm cogitacōnes ſeparāt
a deo: ꝓbata autē virtus corri-
pit inſipiētes· Quoniā ī mali-
uolā aīam non introibit ſapi-
entia: nec habitabit in corpe
ſubdito peccatis· Spiritus eī
ſanctus diſcipline effugiet fic-
tū: ꝛ auferet ſe a cogitationib;
que ſūt ſine intellectu: et corri-
pietur a ſuperueniēte iniq̄tate·
Benignus ē eīm ſpiritus ſapiē-
tie et non liberabit maledicū
a labiis ſuis: qm̄ renū ill⁹ teſ-
tis eſt deus· et cordis illius ſcru-
tator eſt verus: ꝛ lingue ei⁹ au-
ditor· Qm̄ ſpirit⁹ dn̄i repleuit
orbē terraꝝ: ꝛ h̄ qd̄ cōtinet oīa ſci-
entiā habet vocis· Propt̄ hoc
qui loq̄tur iniqua nō poteſt la-
tere: nec p̄teriet illū corripiens
iudiciū· In cogitacōnib; enim
impii interogatio erit: ſermonū
aūt illius auditio ad deū veni-
et: ꝛ ad correptionē iniquitatū
illi⁹· Quoniā auris zeli audit
omīa: et tumultus murmura-
tionū nō abſcōdetur· Cuſtodi-
te ergo vos a murmuratione·
que nichil ꝓdeſt: et a detractio-
ne· parcite ligue· Quia ſermo
obſcurus in vacuū nō ibit: os
aūt quod mentitur occidit ani-
mam· Nolite zelare mortē in
errore vite vr̄e: neq; acquiratiſ
ꝑdicionē in opib; manuū veſ-
traꝝ· Quoniā de⁹ mortem nō
fecit: nec letat̄ ī ꝑditione viuo-
rū· Creauit eī ut eſſent omīa: ꝛ
ſanabiles fecit nationes orbiſ
terraꝝ: et nō ē in illis medicamē-
tū exterminii nec inferoꝝ regnū
in terra· Iuſticia eīm perpetua ē
et īmortalis: iniuſticia autem
mortis acquiſitio· Impii autē
manib; et verbis accerſierūt il-
lam: ꝛ eſtimātes illā· amicā de-
fluxerūt· et ſponſiones poſue-
rūt ad illā: quoniā morte dig-
ni ſunt qui ſunt ex parte illius·

II

Dixerūt enī
impij: cogitātes apud ſe
non recte · Exiguū et cū tedio ē
tempus vite nr̄e: et non ē refri-
geriū in fine hoīs: ⁊ nō eſt qui
agnitꝰ ſit reuerſus ab inferis·
Quia ex nichilo nati ſumꝰ: et
poſt hoc erimꝰ tanq̄ȝ nō fueri-
mus· Quā fumus afflatus eſt
in naribȝ nr̄is: et ſermo ſcītille
ad cōmouēdū cor nr̄m· Quia
extinctꝰ cinis erit corpus nr̄m:
et ſpiritus diffūdetur tāq̄ȝ mol-
lis aer· Et trāſibit vita nr̄a tā-
q̄ȝ veſtigiū nubis: ⁊ ſicut nebu-
lam diſſoluetᷣ· que fugata eſt
a radijs ſolis: et a calore illiꝰ
aggrauata· ⁊ nomē nr̄m obli-
uionē accipiet p̄ tēpꝰ: et nemo
habebit memoriā opm nr̄oꝝ·
Vmbre enī trāſitus eſt tempus
nr̄m: ⁊ nō eſt reuerſio finis nr̄i·
qm̄ cōſignata eſt: et nemo reu̇-
titur· Venite ergo et fruamur
bonis que ſunt: ⁊ vtamur cre-
atura tanq̄ȝ in iuuentute cele-
riter· Vino p̄cioſo et vnguētiſ
nos impleamꝰ: et nō p̄tereat
nos flos tēpis· Coronemuſ
nos roſis anteq̄ȝ marceſcant:
nullū pratū ſit quod non per-
trāſeat luxuria nr̄a· Nemo veſ-
trū exors ſit luxurie nr̄e· vbiq̄ȝ
relinquamꝰ ſigna leticie: qm̄ h̄
eſt pars nr̄a: ⁊ hec eſt ſors nr̄a·
Opprimamus pauꝑem iuſtū: ⁊
nō parcamꝰ vidue nec vetera-
no: nec reuereamur canos mlͥ-
ti temporis· Sit aūt fortitudo
noſtra· lex iuſticie· Qd̄ ei infir-
mū ē inutile inuenitᷣ· Circūue-
niamus ergo iuſtū· qm̄ inutilis
eſt nobis· et cōtrarijs eſt operi-
bus nr̄is· et īproperat nobis
peccata legis: ⁊ diffamat ī noſ
pctā diſcipline nr̄e· Promittit
ſe ſciētiā dei habere: et filiū dei
ſe nominat· Factus eſt nobis
ītraductionē cogitationū nr̄a-
rum· Grauis eſt nobis etiā ad
videndū· qm̄ diſſimilis eſt alijſ
vita illius: et īmutate ſunt vie
eius· Tanq̄ȝ nugaces eſtimati
ſumus ab illo: et abſtinet ſe a
vijs nr̄is tanq̄ȝ ab īmūdicijs:
⁊ p̄fert nouiſſima iuſtoꝝ: ⁊ glꝰ-
atur p̄rem ſe habere deū· Vide-
amus ergo ſi ſermones illius
veri ſint: et temptemus que vētu-
ra ſunt illi: ⁊ ſciemꝰ que erunt
nouiſſima illius· Si enī eſt ve-
rus filius dei ſuſcipiet illū: et li-
berabit illū de manibȝ cōtrari-
orum· Cōtumelia et tormēto ī-
terrogemus eū: ut ſciamus reue-
rentiā eius: et ꝓbemꝰ patiētiā
illius· Morte turpiſſima cōdē-
nemus eū· Erit enī ei reſpectus
ex ſermonibȝ illiꝰ· Hec cogita-
uerūt ⁊ errauerūt: excecauit enī
oculos malicia eoꝝ· Et neſcie-
runt ſacramēta dei: neq̄ȝ merce-

dem ſpeceauerūt iuſticie: nec iu-
dicauerūt honorē aīaꝝ ſancta-
rū. Quī deus creauit hoīem īex-
terminabilē: et ad imaginē ſimi-
tudinis ſue fecit illum. Inuidi-
a aūt diaboli. mors introiuit
in orbē terraꝝ: imitant̄ aūt illū
qui ſunt ex pte illius. III

Iuſtoꝝ autem anime in manu
dei ſunt: et nō tanget illos tor-
mētū mortis. Viſi ſūt oculis
inſipiētiū mori: et eſtimata eſt
afflictio exitus illoꝝ. Et ab iti-
nere iuſto abierunt in extermi-
niū: et q̄ a nobis eſt iter extermi-
nij: illi aūt ſunt in pace. Et ſi
coram hoībꝫ tormēta paſſi
ſunt: ſpes illoꝝ in mortalita-
te plena eſt. In paucis vexati. ī
mltis bene diſponēt̄: qm̄ deus
temptauit eos: et inuenit illos
dignos ſe. Tamq̄ꝫ aurū ī for-
nace ꝓbauit illos: et quaſi o-
locauſti hoſtiā accepit illos: et
in tempe erit reſpectus illoꝝ.
fulgebūt: et tamq̄ꝫ ſcintille in
arundineto diſcurrēt. Iudica-
bunt nationes et dn̄abūt̄ po-
pulis: ⁊ regnabit dn̄s illoꝝ in
perpetuū. Qui cōfidūt in illo ī-
telligirent veritatē: et fideles in
dilectione acquieſcent illi: quo-
niā donū ⁊ pax eſt electis eius.
Impij aūt ſcđm que cogitaue-
runt correptionē habebūt: qui
neglexerūt iuſtū: et a dn̄o receſ-
ſerūt. Sapientiā enī et diſcipli-
nam qui abicit infelix eſt. ⁊ va-
cua eſt ſpes illoꝝ. et labores ſi-
ne fructu. et inutilia opa eoꝝ.
Mulieres eoꝝ inſenſate ſunt: ⁊
nequiſſimi filij illorum. Male-
dicta creatura eoꝝ. Quoniam
felix eſt ſterilis ⁊ īcoinq̄nata: q̄
neſciuit thoꝝ in delicto. Habe-
bit fructū in reſpectione aīaꝝ
ſanctaꝝ. Et ſpado qui nō ope-
ratus eſt per manus ſuas ini-
quitatē: nec cogitauit adūſus
deū nequiſſima. Dabit̄ enī illi
fidei donū electū: et ſors in tem-
plo dei acceptiſſima. Bonoꝝ enī
laboꝝ glorioſus eſt fructus: ⁊
que non cōcidat radix ſapien-
tie. Filij aūt adulteroꝝ in con-
ſūmatione erūt: et ab iniquo
thoro ſemen exterminabit̄. Et ſi
quidem lōge vite erūt: in nichi-
lum cōputabūtur ⁊ ſine hono-
re erit nouiſſima ſenectus illo-
rum. Et ſi celerius defuncti fue-
rint. non habebūt ſpem: nec ī
die agnitionis allocutionem.
Nationes enī inique dire ſunt
conſummationis. IIII

O quam pulcra es caſta ge-
neratio cū claritate. Im-
mortalis eſt enī memoria illi⁹
quoniā et apud dn̄m nota eſt
et apud hoīes. Cum p̄ſens eſt
imitant̄ illā: et deſiderant eam-
cum ſe eduxerit: et in perpetuū

coronata triūphat · incoinquina=
torū certaminū p̄miū vincens·
Multigena autē impiorū mlti=
tudo nō erit vtilis: et ſpuria vi=
tulamina nō dabūt radices al=
tas·nec ſtabile firmamētū col=
locabūt· Et ſi in ramis in tem=
pe germinauerit · infirmiter poſi=
ta a vento cōmouebūtur: et a ni=
mietate ventorū eradicabūtur·
Cōfringentur enī rami incōſum=
mati: et fructus illorū inutiles ⁊
acerbi ad mādurādū: et ad ni=
chilū apti· Ex iniqͣs enī omnes
filiȷ q̄ naſcūtur teſtes ſunt nequi=
cie aduſus parētes in interrogatio=
ne ſua· Juſtus autē ſi morte p̄=
occupatus fuerit: in refrigerio
erit· Senectus enī venerabilis
eſt: nō diuturna· neq; numero
ānorū cōputata· Cani autē ſūt
ſenſus hoīs· et etas ſenectutis:
vita īmaculata· Placens deo
factus dilectus: et viuēs inter
pctōres tranſlatus eſt· Raptus
eſt ne malicia mutaret intellec=
tū eius: aut ne fictio deciperet ani=
mā illi⁹· Faſcinatio enī nuga=
citatis obſcurat bona: ⁊ in cō=
ſtātia cōcupiſcētie tranſuertit ſē=
ſum ſine malicia· Cōſūmatus
in breui expleuit mlta tempa·
Placita enī erat deo aīa illi⁹: ꝓp=
ter hoc ꝓperauit educere illū de
medio iniq̄tatū· Populi autē
videntes et nō intelligētes· nec po=
nētes nec ī p̄cordȷs talia: qm̄
grā dei· et miſcdia ē in ſanctos
eius: et reſpectus ſup electos il=
lius· Cōdēnat autē iuſtus mor=
tuus viuos īpios: ⁊ iuuentus ce=
lerius cōſūmata longā vitam
iniuſti· Videbūt enī finē ſapiē=
tis: et nō intelligēt qd cogitaue=
rit de illo deus: et q̄re munierit
illū dn̄s· Videbūt enī et cōtem=
nēt eū: illos autē deus irridebit·
Et erūt poſt hec decidētes ſine ho=
nore: et in cōtumelia inter mor=
tuos in ppetuū· Quā diſrum=
pet illos inflatos ſine voce: et
cōmouebit illos a fūdamētis:
⁊ uſq; ad ſupmū deſolabūtur· Et
erūt gemētes: et memoria illo=
rum peribit· Venient in cogitati=
one peccatorū ſuorū timidi: et trā=
ducēt illos ex aduſo iniq̄tates
ipſorū·

V

Tunc ſtabūt iuſti ī magna cō=
ſtācia aduſus eos q̄ ſe anguſti=
auerūt: et qui abſtulerūt labo=
res eorū· Videntes turbabūtur ti=
more horribili: ⁊ mirabūtur ī ſub=
itatione inſperate ſalutis gemē=
tes p̄ anguſtia ſpirit⁹: dicētes
īntra ſe· penitētiā agētes· ⁊ p̄ an=
guſtia ſpiritus gementes· Hȷ
ſunt quos habuimus aliquā=
do in deriſum et in ſimilitudi=
nē improperȷ: nos inſenſati
vitā illorū eſtimabam⁹ inſaniā:
et finē illorū ſine honore· Ecce

quō cōputati ſunt inter filios
dei: ⁊ inter ſanctos ſors illoꝝ ē.
Ergo errauimꝯ a via veritatis:
et iuſticie lumē nō luxit nobꝭ: ⁊
ſol ītelligētie non eſt ortus no-
bis. Laſſati ſumꝯ ī via iniq̄ta-
tis et ꝑditionis: et ambulaui-
mus vias difficiles: viā aūt do-
mini ignorauimꝯ. Quid nobꝭ
profuit ſuꝑbia: aut diuitiarū
iactātia qd̄ cōtulit nobis? Trā-
ſierūt oīa illa tanq̄ȝ vmbra ⁊
tanq̄ȝ nūciꝯ ꝑcurrēs. Et tam-
q̄ȝ nauis q̄ ꝑtrāſit fluctuantē a-
quā cuiꝯ cū ꝑterierit nō eſt veſ-
tigiū īuenire. neq̄ȝ ſemitā cari-
ne illiꝯ in fluctibȝ: aut auis q̄
trāſuolat in aere. cuiꝯ nullū in-
uenit̄ argumētū itineris illiꝯ:
ſed tantū ſonitus alarū verbe-
rans leuē vētum. ⁊ ſcindēs per
vim itineris aerē. cōmotis aliſ
trāſuolauit. et poſt hoc nullū
ſignū īuenit̄ itineris illiꝯ: aut
tanq̄ȝ ſagitta emiſſa ī locū deſ-
tinatū. diuiſus aer cōtinuo in
ſe recluſus ē ut ignoret̄ trāſituſ
illiꝯ: ſic ⁊ nos nati cōtinuo deſi-
uimus eſſe. ⁊ virtutis q̄dem nul-
lum ſignū valuimꝯ oſtendere:
in malignitate aūt nr̄a cōſūp-
ti ſumus. Talia dixerūt in infer-
no hij q̄ peccauerūt: quā ſpes
impij tanq̄ȝ lanugo ē q̄ a ven-
to tollit̄: et tanq̄ȝ ſpuma gra-
cilis que a ꝓcella diſꝑgit̄: ⁊ tā-
q̄ȝ fumus q̄ a vento diffuſus ē:
et tāq̄ȝ memoria hoſpitis vni-
us diei ꝓtereūtis. Juſti aūt īper-
petuū viuēt: et apud dn̄m eſt
merces eoꝝ: et cogitatio illoꝝ
apud altiſſimū. Jdeo accipiēt
regnū decoris et diadema ſpeci-
ei de manu dn̄i: quā dextera ſua
teget eos: ⁊ ī brachio ſancto ſu-
o defendet illos. Et accipiet ar-
maturā zelus illiꝯ: et armabit
creaturā ad vlcionē inimicoꝝ.
Jnduet ꝓ torace iuſticiā: ⁊ acci-
piet ꝓ galea iudiciū certū. Su-
met ſcutū inexpugnabile equi-
tatē: acuet aūt dirā irā in lāce-
am: et pugnabit cū illo orbis
terrarꝝ cōtra inſenſatos. Jbūt di-
recte emiſſiones fulgurū: et tā-
q̄ȝ a bene curuato arcu nubiū
exterminabūtur: et ad certū locū ī-
ſiliēt. Et a petroſa ira plene mit-
tētur grādines: et ſcādeſcet in il-
los aqua maris: et flumina cō-
currēt duriter. Contra illos ſta-
bit ſpiritus virtutis. et tanq̄ȝ
turbo venti diuidet illos: et ad
heremū ꝑducet oēm terram iniq̄-
tatis illoꝝ: et malignitas euer-
tet ſedes potentiū.

VI

Melior eſt ſapiētia q̄ȝ vires:
et vir prudens magis q̄ȝ
fortis. Audite ergo reges ⁊ in-
telligite: diſcite iudices finium
terre. Prebete aures vos q̄ cōti-
netis multitudines et placetis

vobis in turbis nationū: qm̄
data eſt a dño poteſtas vobis·
et virtus ab altiſſimo: qui in-
rogabit opa vr̄a· et cogitatio-
nes ſcrutabit᷑: qm̄ cū eſſetis mi-
niſtri regni illius· nō recte iudi-
caſtis nec cuſtodiſtis legē iuſti-
cie: neq; ſcḋm voluntatē dei am-
bulaſtis· Horrende ⁊ cito appa-
rebit vobis: qm̄ iudiciū duriſ-
ſimū in hiis qui p̄ſunt fiet· Ex-
iguo enī cōcedit᷑ miſcḋia: potē-
tes aūt potēter tormēta patiē-
tur· Non enī ſubtrahet pſonā
cuiuſq; deus qui ē oīm dñator·
nec verebit᷑ magnitudinē cui⁹
q̄ʒ: qm̄ puſillū et magnū ipſe
fecit: et equaliter cura eſt illi de
omnib;· Fortiorib; aūt· fortior
inſtat cruciatio· Ad vos ergo
reges ſunt hii ſermones mei:
ut diſcatis ſapiētiā: ⁊ ne excida-
tis· Qui enī cuſtodierit iuſticiā:
iuſte iudicabūtur: ⁊ qui didice-
rint iuſta īuenient qd̄ reſpōdeant·
Cōcupiſcite ergo ſermones me-
os et diligite illos: ⁊ habebitis
diſciplinā· Clara eſt et que nū-
q̄ʒ marceſcit ſapiētia: et facile
videtur ab hiis qui diligūt eā:
et īuenitur ab hiis q̄ querūt il-
lam· Preoccupat qui ſe cōcu-
piſcūt: ut illis ſe prior oſtendat·
Qui de luce vigilauerit ad illā
nō laborabit· aſſidentem enī il-
lam forib; ſuis īueniet· Cogi-
tare ergo de illa ſenſus eſt cōſū-
matus: et qui vigilauerit· pp̄
illam cito erit ſecurus· Quoniā
dignos ſe circuit ipſa querens:
et in viis ſuis oſtendit ſe illis
hilarit᷑: ⁊ ī omī pudētia occur
ret illis· Iniciū eī illi⁹ veriſſima
ē diſcipline cōcupiſcētia· Cura
ergo diſcipline dilectio ē: ⁊ dilec-
tio cuſtodia legū illi⁹ ē· Cuſto-
ditio aūt legum cōſummatio
īcorruptionis eſt: incorruptio
aūt facit eſſe pximū deo· Cōcu-
piſcētia itaq; ſapientie deducet
ad regnū perpetuū· Si ergo de-
lectamini ſedib; et ſceptris o re-
ges ppl̄i: diligite ſapientiā ut ī
perpetuū regnetis· Diligite lu-
men ſapientie: omnes qui p̄eſ-
tis ppl̄is· Quid eſt aūt ſapiētia
et quēadmodū facta ſit referā
⁊ non abſcondam a vobis ſa-
cramenta dei: ſed ab inicio na-
tiuitatis īueſtigabo: et ponā ī
lucem ſcientiā illius· ⁊ non p̄te-
ribo veritatē: neq; cum īuidia
tabeſcente iter habebo: quoni-
am talis homo non erit parti-
ceps ſapientie· Multitudo aūt
ſapientiū· ſanitas eſt orbis ter-
rarū: et rex ſapiens· ppl̄i ſtabili-
mētum eſt· Ergo accipite diſci-
plinam p ſermones meos: et
proderit vobis·

VII

Sum q̄dem ⁊ ego mortalis
homo ſimilis omnibus: ⁊ ex

genere terreno illius qui p̄or fac-
tus eſt: ⁊ in ventre matris figu-
ratus ſum caro: decem menſiū
tempe coagulat⁹ ſum in ſāg-
uine. ex ſemine hoīs: et delecta-
mento ſomni ɔueniēte. Et ego
natus accepi cōmunē aerem: ⁊
in ſimiliter factā decidi terram: ⁊
primā vocem ſimilē omībus
emiſi plorās. In īuolumentis
nutrit⁹ ſum: et magnis curis.
Nemo enī ex regib⁹ aliud ha-
buit natiuitatis initiū. Unus
ergo introitus eſt omīb; ad vi-
tam: et ſimilis exitus. Propt̄ hoc
optaui et datus ē michi ſenſus:
et īuocaui et venit in me ſpiri-
tus ſapiētie. Et pp̄oſui illā reg-
nis et ſedib;: et diuitias nichil
eſſe dixi in cōparatione illius.
Nec cōparaui illi lapidē p̄cio-
ſum: quoniā omē aurū in cō-
paratione illius arena eſt exi-
gua: et tanqȝ lutū eſtimabit̄
argentū in cōſpectu illius. Su-
per ſalutē et ſpeciē dilexi illā: ⁊
propoſui pro luce habere illā:
quā inextinguibile eſt lumē il-
lius. Venerūt aūt michi omnia
bona pariter cū illa: et īnume-
rabilis honeſtas p manus illi-
us. Et letatus ſum in omīb;:
qm̄ antecedebat me iſta ſapiē-
cia: et ignorabā qm̄ horꝝ oīm
mater eſt. Quā ſine fictione di-
dici: et ſine inuidia cōmunico:
⁊ honeſtatē illius nō abſcōdo.
Infinitus enī theſaurus eſt ho-
minib;: quo q̄ vſi ſūt. participeſ
facti ſūt amicicie dei: ppt̄ diſcipli-
ne dona cōmēdati. Michi aūt
dedit deus dicere ex ſentētia et p-
ſumere digna horū que michi
dant̄: quō ipſe ſapiētie dux eſt:
⁊ ſapiētiū emēdator. In manu
enī illi⁹ ⁊ nos et ſermones nr̄i:
et omīs ſapiētia. et opm ſciētie
diſciplina. Ipſe enī dedit michi
horꝝ ſcientiā verā que ſunt: ut
ſciam diſpoſitionē orbis terrarꝝ
et virtutes elementorꝝ: initiū et
cōſūmationē et medietatē tem-
porū. viciſſitudinū pmutatio-
nes. et cōſummationes tempo-
rum. et morū mutationes: di-
uiſiones tēporū. anni curſus.
et ſtellarꝝ diſpoſitiones. natu-
ras animaliū. et iras beſtiarū:
vim ventorꝝ ⁊ cogitationes ho-
minū. differentias virgultorū
et virtutes radicū: et quecunqȝ
ſunt abſconſa ⁊ improuiſa di-
dici. Oīm enī artifex docuit me
ſapiētia. Eſt enī ī illa ſpiritus ī-
telligentie ſanctus vnicus mł-
tiplex ſubtilis. diſertus mobilis.
incoinquinatus: certus ſuauis
amās bonū: acutus. qui nich-
il vetat benefacere: humanus.
benignus. ſtabilis. certus. ſecu-
rus: oēm habēs virtutē. omīa
proſpiciēs: ⁊ qui capiat omnes

ſpiritus ītelligibiles : mūdus
ſubtilis · Omībꝫ enī mobilibꝫ
mobilior eſt ſapiētia · Attingit
autē ubiqꝫ ꝓpter ſuā mūdiciā·
Vapor eſt enī virtutis dei : et e=
manacio q̄dā eſt claritatis om=
nipotētis dei ſincera : et ideo ni=
chil inq̄natū in eā incurrit · Cā=
dor eſt enī lucis eterne et ſpecu=
lū ſine macula dei maieſtatis·
et imago bonitatis illius · Et
cū ſit una · oīa poteſt : ⁊ pmanēs
in ſe oīa īnouat : et ꝑ nationes
ī aīas ſanctas ſe trāſfert · Ami=
cos dei et ꝓphetas cōſtituit · Ne=
minem enī diligit deus : niſi eū
q̄ cum ſapiētia inhabitat · Eſt
enī hec ſpecioſior ſole : ⁊ ſuper
omnē diſpoſitionē ſtellaꝝ · lu=
ci cōparata inuenit̄ prior · Illi enī
ſuccedit nox : ſapientiā autē nō
vincit malicia · VIII

Attingit ergo a fine uſqꝫ ad
finem fortiter : ⁊ diſponit
oīa ſuauiter · Hāc amaui et ex=
q̄ſiui eam a iuuentute mea : et
queſiui ſponſam michi eā aſ=
ſumere : ⁊ amator factus ſum
forme illius · Generoſitatē illi=
us glorificat ɔtubernīu habēs
dei : ſed et oīm dn̄s dilexit illā·
doctrix enī eſt diſcipline dei : et e=
lectrix opm illius · Et ſi diuitie
appetunt̄ in vita : q̄d ſapientia
locupletius que opatur omnia :
Si autē ſenſus operatur : quis
horꝫ que ſunt magis quā illa
ē artifex : Et ſi iuſticiā quis dili=
git : labores hui⁹ magnas ha=
bent virtutes · Sobrietatē enī
et prudentiam docet · et iuſticiā ⁊
virtutem : q̄bus utilius nichil ē
in vita hominibꝫ · Et ſi multitudi=
nem ſciencie deſiderat quis : ſcit
p̄terita ⁊ de futuris eſtimat : ſcit
verſutias ſermonū et diſſoluci=
ones argumētoꝝ : ſigna ⁊ mō=
ſtra ſcit anteq̄ꝫ fiant · et euentus
tempoꝝ · et ſeculoꝝ · Propoſui
ergo hanc adducere michi ad
cōuiuēdū : ſciens q̄m mecū com=
municabit de bonis : ⁊ erit allo=
cutio cogitationis · et tedij mei·
Habebo ꝓpt̄ hanc claritatem
ad turbas : et honorē apud ſe=
niores · Iuuenis ⁊ acutus inue=
ar in iudicio : et in cōſpectu po=
tentiū āmirabilis ero : et facies
p̄ncipum mirabunt̄ me · Tacē=
tem me ſuſtinebūt : loquētem
me reſpicient : et ſermocinante
me plura · manus ori ſuo im=
ponent · Preterea habebo per
hanc īmortalitatē : et memori=
am eternā hijs qui poſt me fu=
turi ſunt relinquā · Diſponam
ꝑplos : et nationes michi erūt
ſubdite · Timebūt me audiētes
reges horrendi : ⁊ in multitudi=
ne bonus videbor : et in bello
fortis · Intrans in domū meā
cōquieſcam cū illa · Nō enī ha=

het amaritudinē cōuerſacio il-
lius: nec tediū cōuictus illius:
ſed leticiā et gaudiū. Hec cogi-
tans apud me. et cōmemorās
in corde meo. qm̄ īmortalis ē
in cogitatione ſapiētia. et in a-
micicia illius delectatio bona:
et in opib; manuū illi⁹ honeſ-
tas ſine defectione: et ī certami-
ne loquele illius ſapiētia. et p̄-
claritas in cōmunicatione ſer-
monū ipſius: circuibā querēs.
ut michi illā aſſumerē. Puer
autē eram ingenioſus et ſorti-
tus ſū aīam bonā. Et cū eſſem
magis bonus: veni ad corp⁹
īcoinquinatū. Et ut ſciui qm̄ ali-
ter nō poſſum eſſe cōtinēs niſi
deus det: ⁊ hoc ipm̄ ēat ſumma
ſapiētia ſcire. cui⁹ eſſet hoc do-
nū: adij dn̄m et dep̄catus ſum
illū: ⁊ dixi ex totis p̄cordijs me-
Deus prm̄ VIIII is.
meoꝝ ⁊ dn̄e miſericordie. qui
feciſti oīa verbo tuo: et ſapiēti-
a tua cōſtituiſti hoīem. ut dn̄a-
retur creature que a te facta ē.
ut diſponat orbē terraꝝ in equi-
tate et iuſticia. et in directione
cordis iudiciū iudicet: da mi-
chi ſediū tuaꝝ aſſiſtricē ſapiēti-
am: ⁊ noli me reprobare a pu-
eris tuis. qm̄ ſeruus tuus ſum
ego. ⁊ filius ancille tue: homo
infirmus et exigui temporis: et
minor ad intellectū iudicij ⁊ le-

gum. Et ſi quis erit cōſūmat⁹
īt filios hoīm: ſi abfuerit ab
illo ſapiētia tua. in nichilū cō
putabit̄. Tu aūt elegiſti me re
gem p̄plo tuo: et iudicē filiorū
tuoꝝ et filiaꝝ. Et dixiſti me edi-
ficare templū in mōte ſancto
tuo: et in ciuitate habitationis
tue altare: ſilitudinē taberna
culi ſancti tui qḋ p̄paraſti ab ī-
icio ⁊ tecū ſapiētia tua. que no
uit opa tua: q̄ ⁊ affuit tūc cum
orbē terraꝝ faceres. ⁊ ſciebat qḋ
eſſet placitū oculis tuis: et qḋ
directū in p̄ceptis tuis. Mitte il-
lam de celis ſanctis tuis. et a ſe-
de magnitudinis tue: ut mecū
ſit et mecū laboret: ⁊ ſciā qḋ ac
ceptū ſit apud te. Scit eīn illa
oīa et intelligit: et deducet me ī
opibus meis ſobrie: ⁊ cuſtodi-
et me ī ſua potēcia. Et erūt ac-
cepta opa mea: et diſponā po-
pulū tuū iuſte: et ero dign⁹ ſe-
diū p̄ris mei. Quis eīn hoīm
poterit ſcire cōſiliū dei: Aut q̄s
poterit cogitare qḋ velit deus:
Cogitationes eīn mortaliū ti-
mide: et incerte p̄uidētie nr̄e. Cor
pus eīn qḋ corrūpitur aggra
uat aīam: ⁊ terrena inhabitatio
deprīmit ſenſum multa cogitātē.
Et difficile eſtimam⁹ que in terra
ſunt: et que in p̄ſpectu ſunt in-
uenimus cū labore. Que in ce-
lis ſunt aūt q̄s inueſtigabit: Sē-

ſum aūt tuū q̄s ſciet niſi tu de-
deris ſapientiā et miſeris ſpiri-
tum ſanctū tuū de altiſſimis: ⁊
ſi correcte ſint ſemite eoꝝ q̄ ſūt
in terris. et que tibi placent di-
dicerīt hoīes: Nam ꝑ ſapienti-
am ſanati ſunt quicūq; placu-
erūt tibi dn̄e a p̄ncipio. X

Hec illū qui p̄mus forma-
tus eſt a deo pater orbis
t̄raꝝ. cū ſolus eſſet creatus cuſ-
todiuit: et eduxit illū a delicto
ſuo. Et eduxit illū de limo t̄re. ⁊
dedit illi virtutē cōtinendi oīa.
Ab hac ut receſſit iniuſtus in
ira ſua: per irā homicidij frāt-
tas deperijt. Propter qd̄ cū aq̄
deleret t̄ram: ſanauit iterū ſapi-
entia: per contemptibile lignū
iuſtū gubernans. Hec et in cō-
ſenſu ſupbie cū ſe nationes ex-
tuliſſent: ſciuit iuſtū: et cōſerua-
uit ſine querela deo: et in filijs
miſcdiā fortē cuſtodiuit. Hec
iuſtū a pereūtib; īpijs liberauit
fugiētem: deſcendēte igne in pē-
tapolim: q̄bus in teſtimoniū
nequicie fumigabūda cōſtat
deſerta t̄ra: et in certo tempore
fructus habētes arbores: et in-
credibilis aīe memoria ſtans
figmentū ſalis. Sapiētiā eīm
p̄tereūtes nō tātū in hoc lapſi
ſunt ut ignorarēt bona: ſed ⁊
inſipiētie ſue reliquerūt homi-
nib; memoriā: ut in hijs q̄ pec-
cauerunt: nec latere potuiſſent.
Sapiētia aūt hos qui ſe obſer-
uant a dolorib; liberabit. Hec
aūt profugum ire frīs iuſtū de-
duxit per vias rectas. et oſten-
dit illi regnū dei: et dedit illi ſciē-
tiā ſanctoꝝ. Honeſtauit illū ī
laborib;: et cōpleuit labores il-
lius. In fraude circūuenientiū
illū affuit illi: et honeſtum fecit
illū. Cuſtodiuit illū ab inimi-
cis: ⁊ a ſeductorib; tutauit illū.
Et certamē forte dedit illi ut vin-
ceret: et ſciret qm̄ oīm potētior
eſt ſapiētia. Hec venditū iuſtū
nō dereliquit: ſed a peccatorib;
liberauit eum: deſcenditq; cum
illo in foueā et in vinculis nō
dereliquit illū: donec afferret illi
ſceptrū regni. et potentiā adū-
ſus eos qui eum depmebāt: et
mendaces oſtendit qui macla-
uerūt illū: et dedit illi claritatē
eternā. Hec pplm iuſtū et ſemē
ſine querela liberauit a natio-
nibus q̄ illū depmebant. Intra-
uit in aīam ſerui dei: et ſtetit cō-
tra reges horrendos in porten-
tis et ſignis. Et reddidit iuſtis
mercedem laboꝝ ſuoꝝ: ⁊ dedux-
it illos in via mirabili. Et fuit
illis in velamēto diei: et in luce
ſtellaꝝ per noctē. Et trāſtulit il-
los per mare rubꝝ: ⁊ trāſuexit
illos ꝑ aquā nimiā. Inimicos
aūt illoꝝ demerſit in mare: et

ab altitudine infernoꝝ eduxit
illos· Ideo iuſti tulerũt ſpolia i-
pioꝝ: ⁊ decantauerũt dñe nomẽ
ſanctũ tuũ: ⁊ victricẽ manũ tu-
am laudauerũt parit᷑· Quĩ ſa-
piẽtia aperuit os mutoꝝ: ⁊ lĩg-
uas infantiũ fecit diſertas· XI
Direxit opa eoꝝ ĩ manib;
prophete ſancti· Iter fece-
rũt per deſerta que nõ habitãt᷑·
et in locis deſertis fecerũt caſas·
Steterũt ɔtra hoſtes: ⁊ de inimi-
cis ſe vindicauerũt· Sitierũt ⁊
ĩuocauerũt te: et data eſt illis
aqua de petra altiſſima: et req̃-
es ſitis de lapide duro· Per q̃
eñ penas paſſi ſunt inimici il-
loꝝ· a defectione potus ſui: in
eis cũ abũdarẽt filij iſrl' letati
ſunt· Per hec cũ illis deeſſent:
bene cũ illis actũ ẽ· Nã pro fõ-
te q̃dẽ ſempiterni fluminis huma-
num ſanguinẽ dediſti iniuſtis·
Qui cũ minuerẽtur in traducti-
one infantiũ occiſorũ· dediſti
illis abũdantem aquã inſpera-
te: oſtendẽs per ſitim que tunc
fuit· quẽadmodũ tuos exalta-
res: ⁊ adũſarios illoꝝ necares·
Cum eñ temptati ſunt· et q̃dẽ
cum miſcdia diſciplinã accipi-
entes: ſcierũt quẽadmodũ cũ
ira iudicati impij tormẽta pa-
terẽtur· Hos q̃dẽ tanq̃; pater
monẽs probaſti· Illos aũt tã-
q̃; durus rex interrogans condẽ-
naſti· Abſentes eñ et pñtes
ſiſr torquebant᷑· Duplex eñ
illos acceperat tediũ: et gemit⁹
cum memoria pteritoꝝ· Cũ eñ
audirẽt p ſua tormẽta bene ſe-
cum agi cõmemorati ſunt do-
minũ: admirãtes in finẽ exit⁹·
Quẽ eñ in expoſitione praua
proiectũ deriſerũt: in finẽ euẽt⁹
mirati ſunt· Nõ ſiſr iniuſtis
faciẽs: pro cogitationib; aũt i-
ſenſatis iniq̃tates illoꝝ· q̃d q̃dã
errantes colebãt mutos ſerpẽ-
tes et beſtias ſup vacuas: im-
miſiſti illis mltitudinẽ mutoꝝ a-
nimaliũ in vindictã: ut ſcirent
quia per que peccat quis p h̃ ⁊
torquet᷑· Nõ eñ impoſſibilis e-
rat omĩpotẽs manus tua que
creauit orbẽ trarũ ex materia
inuiſa immittere illis mltitudi-
nem vrſorũ· aut audaces leo-
nes· aut noui generis· ira ple-
nas· ⁊ ignotas beſtias: aut va-
porem ignitũ ſpirãtes· ã fumi
odorẽ pferẽtes: aut horrendas
ab oculis ſcintillas emittẽtes:
quaꝝ non ſolũ leſura poterat
illos exterminare: ſed et aſpectus
per timorem occidere· Nam et
ſine his vno ſpiritu poterant
occidi pſecutionẽ paſſi· ab ipis
factis ſuis: et diſperſi per ſpiri-
tum virtutis tue: ſed omnia in
menſura et numero et pondere
diſpoſuiſti· Multũ eñ valere ti-

bi ſoli ſuperat ſemꝑ: et virtuti
brachij tui q̄s reſiſtet: Quia tā-
q̄ȝ momentū ſtatere ſic ē ante
te orbis terrarū: et tamq̄ȝ gutta
roris antelucani que deſcendit
in terram· Et miſereris omniū· q̄a
oīa potes: et diſſimulas peccata
hoīm ꝑpter penitentiā· Diligis
enī oīa q̄ ſunt et nichil odiſti
eorū q̄ feciſti: nec enī odiens a-
liquid ꝯſtituiſti aut feciſti· Quō
aūt poſſet aliq̄d ꝑmanere niſi
tu voluiſſes: aut qđ a te voca-
tū non eſſet ꝯſeruaretur? Parcis
aūt omnibȝ: quonia tua ſunt dn̄e q̄
amas animas·

XII

O quam bonus et ſuauis
ē dn̄e ſpiritꝰ tuus in om-
nibus· Ideoq̄ȝ hos qui exerrāt
partibȝ corripis: et de quibȝ pec-
cant amones: et alloqueris ut
relicta malicia credāt in te dn̄e·
Illos enī antiquos inhabitato-
res terre ſancte tue quos exhor-
ruiſti quoniā odibilia opa tibi fa-
ciebāt ꝑ medicamina et ſacrifi-
cia iniuſta: et filiorȝ ſuorȝ neca-
tores ſine miſericordia· et comeſto-
res viſcerū hoīm et deuoratores
ſanguinis· et auctores paren-
tes aīarȝ inauxiliatarȝ ꝑdere vo-
luiſti a medio ſacramēto tuo·
ꝑ manus parentū nr̄orȝ· ut dig-
nam perciperent peregrinationē
puerorȝ dei: que tibi omnium carior
eſt terra· Sed et hijs tamq̄ȝ homi-
nibȝ pepercisti: et miſiſti anteceſ-
ſores exercitus tui veſpas ut il-
los paulatim exterminarent· Nō
quia impotens eras in bello·
ſubicere impios iuſtis· aut beſtijs
ſeuis· aut verbo duro ſimul ex-
terminare: ſed partibȝ iudicans
dabas locū penitentie· nō igno-
rans quoniā nequā eſt natio eorȝ·
et naturalis malicia ipſorū: et
quoniā non poterat mutari cogi-
tatio illorȝ in perpetuū· Semē
enī erat maledictum ab initio·
Nec timēs aliquē: veniā dabas
peccatis illorȝ· Quis enī dicet tibi
quid feciſti? Aut quis ſtabit con-
tra iudiciū tuū? Aut quis in cō-
ſpectu tuo veniet vindex iniquo-
rum hoīm? Aut quis tibi impu-
tabit: ſi perierint nationes quas
tu feciſti? Nō eſt enī alius deus
quā tu· cui cura eſt de omnibus:
ut oſtendas quoniā nō iniuſte iudi-
cas iudiciū· Neq̄ȝ rex neq̄ȝ tirā-
nus in cōſpectu tuo inquirent de
hijs quos ꝑdidiſti· Cum ergo
ſis iuſtus· iuſte oīa diſponis·
Ipm quoq̄ȝ qui nō debet puni-
ri cōdemnas: et exterū eſtimas
a tua virtute· Virtus enī tua·
iuſticie initiū eſt: et ob hoc qđ om-
nium dn̄s es· omnibȝ te parcere
facis· Virtutē enī oſtendis tu·
qui non crederis eſſe in virtute
cōſummatus: et horȝ qui te neſ-
ciunt audaciā traducis· Tu aūt

dñator virtutis cū trāquillitate
iudicas: ⁊ cū magna reuerētia
diſponis nos. Subeſt enī tibi
cū volueris poſſe. Docuiſti enī
pplm̄ tuū per talia opa. quō o-
portet iuſtū eſſe et humanū: ⁊
bone ſpei feciſti filios tuos: q̊-
niā iudicās das locū in pecca-
tis penitentie. Si enī inimicos
ſeruoꝝ tuoꝝ et debitos morti
cū tanta cruciaſti attētione. et
liberaſti dans tempus et locū
per que poſſent mutari a ma-
licia: cum quanta diligētia iu-
dicaſti filios tuos quoꝝ parē-
tib; iuramēta et cōuētiones de-
diſti bonaꝝ pmiſſionū: Cū er-
go das nobis diſciplinam ini-
micos nr̄os mlʼtipliciť flagel-
las: ut bonitatē tuā cogitemꝰ
iudicātes: ⁊ cū de nobis iudica-
tur ſperemꝰ miſcdiā tuā. Unde
et illis qui in vita ſua inſenſa-
te et iniuſte dixerūt: p hec que
coluerūt dediſti ſumma tormē-
ta. Etenī in erroris via diutiuſ
errauerūt: deus eſtimātes hec
que in aīalib; ſunt ſup vacua:
infantiū inſenſatorū more vi-
uentes. Propť hoc tamq; pu-
eris inſenſatis iudiciū in deriſū
dediſti. Qui aūt ludibriis. et in-
crepationib; nō correcti ſunt:
dignū dei iudiciū experti ſunt.
In hiis enī que patiebanť. mo-
leſte ferebāt: in q̄bus patiētes

indignabāť. Per hi quos pu-
tabant deos in ipis cū extermina-
renť: videntes illū quem olim ne-
gabant ſe noſſe: verū deū ag-
nouerūt. Propť quod et finiſ
cōdēnationis eoꝝ venit ſup il-
los.

XIII

Vani ſunt
aūt omēs hoīes in q̄buſ
nō ſubeſt ſcientia dei: et de hiis q̄
videnť bona nō potuerūt intel-
ligere eū. qui eſt: neq; opib; at-
tendētes agnouerūt quis eſſet
artifex: ſed ā ignē. aut ſpiritū.
aut citatū aerē. aut girū ſtella-
rum. aut nimiā aquā. aut ſo-
lem ⁊ lunā rectores orbis terraꝝ
deos puta uerūt. Quoꝝ et ſi ſpe-
cie delectati deos putauerūt: ſci-
ant quāto hiis dñator eoꝝ ſpe-
cioſior eſt. Speciei enī generator
hec omīa cōſtituit. Aut ſi virtu-
tem et opa eoꝝ mirati ſunt: in-
telligāt ab illis. quō qui hec fe-
cit fortior eſt illis. A magnitu-
dine enī ſpeciei et creature: cog-
noſcibiliť poterit creator horū
videri. Sed tamē adhuc in hiiſ
minor ē querela. Et hii enī for-
taſſe errāt deū querētes: et volē-
tes inuenire. Etenī cū ī opibus
illius cōuerſenť: inquirūt et per-
ſuaſum habent: quō bona ſūt
que videnť. Iterū aūt nec hiis de-
bet ignoſci. Si enī tantū potu-
iſſent ſcire ut poſſent eſtimare
ſeculū: quō huiꝰ dñm nō faci-

lius ĩuenerũt: Infelices aũt ſũt
et inter mortuos ſpes illoꝝ eſt:
qui appellauerũt deos opa ma-
nuũ hoĩm · aurũ et argẽtũ ar-
tis inuẽtionẽ · et ſimilitudines
aĩaliũ · aut lapidẽ inutilẽ opus
manꝰ antique · Aut ſi q̃s arti-
fex faber de ſilua lignũ rectũ ſe-
cuerit · et huiꝰ docte eradat om-
nẽ corticẽ et arte ſua uſus dili-
genť fabricet vas utile in ↄuer-
ſationẽ vite: reliquijs aũt eius
opis ad ꝑparationẽ eſce abuta-
tur: et reliquũ horꝫ qđ ad nul-
lus uſus facit · lignũ curuũ et
verticib; plenũ ſculpat diligen-
ter ꝑ vacuitatẽ ſuã: et ꝑ ſciẽtiã
ſue artis figuret illud · ⁊ aſſimi-
let illud imagini hoĩs aut ali-
cui ex aĩalib; illud cõparet: pli-
niens rubrica · et rubicũdũ fa-
ciẽs fuco colorẽ illius · ⁊ omnẽ
maculã q̃ in illo eſt pliniẽs ter-
ra: et faciat ei dignã habitatio-
nẽ et in pariete ponẽs illud · et
cõfirmãs ferro ne forte cadat
proſpiciẽs illi: ſciens qm̃ non
poteſt adiuuare ſe · Imago eñ
eſt: ⁊ opus eſt illi adiutoriũ · Et
de ſubſtãtia ſua · ⁊ de filijs ſuis ·
et de nuptijs · votũ faciẽs inq̃-
rit · Non erubeſcit loqui cũ illo
qui ſine aĩa eſt: et ꝓ ſanitate q̃-
dem infirmũ depꝛecatur: et ꝓ vi-
ta rogat mortuũ: et in adiuto-
riũ inutilẽ inuocat: et ꝓ itinere
petit ab eo q̃ ambulare nõ po-
teſt: et de acquirendo et de opan-
do et de oĩm rerũ euẽtu petit ab
eo q̃ in oĩb; eſt inutilis · XIIII
Iterũ alius nauigare cogitãs ⁊
ꝑ feros fluctus iter facere inci-
piens: ligno portãte ſe · fragili-
us lignũ inuocat · Illud eñ cupi-
ditas acquirendi excogitauit:
⁊ artifex · ſapiẽtia fabricauit ſu-
a · Tua aũt pater ꝓuidẽtia ab i-
nicio cuncta gubernat: qm̃ dediſ-
ti in mari viã · et inter fluctus
ſemitã firmiſſimam: oſtendẽs nos
qm̃ potens es ex oĩb; ſanare
etiã ſi ſine rate aliq̃s adeat ma-
re · Sed ut nõ eſſẽt vacua ſapiẽ-
tie tue opera: ꝓpter hoc etiã et
exiguo ligno credũt hoĩes aĩas
ſuas: ⁊ tranſeũtes mare per ra-
tem liberati ſunt · Sed et ab ini-
cio cũ perirent ſupbi gigãtes:
ſpes orbis terraꝝ ad ratem cõfu-
giens · remiſit ſeculo ſemẽ nati-
uitatis: que manu tua erat gu-
bernata · Benedictũ eſt eñ lig-
nũ: per qđ fit iuſticia · Per ma-
nus aũt qđ fit ydolũ maledic-
tum eſt · ⁊ ipm̃ · ⁊ qui fecit illud:
quia ille quidẽ opatus ẽ: illud
aũt cum eſſet fragile deus cog-
nominatus ẽ · Similiter aũt odi-
o ſunt deo: impius et impietas
eiꝰ · Etenĩ qđ factũ eſt: cũ illo q̃
fecit tormẽta patietur · Propt̃
hoc ⁊ in ydolis nationũ nõ erit

reſpectus: qm̄ creature dei in o-
diū facte ſūt et in temptacionē
aīe hoīm: ⁊ in muſcipulā pedi-
bus inſipiētiū. Iniciū enī forni-
cationis eſt exquiſicio ydoloꝝ:
et adinuencio illoꝝ corruptio
vite eſt. Neq; enī erat ab inicio:
neq; erūt in perpetuū. Supua-
cuitas enī hoīm hec aduenit ī
orbē t̄raꝝ: et ideo breuis illorū
finis eſt inuentus. Acerbo enī
luctu dolēs pater rapti cito ſibi
filij fecit imaginē: ⁊ illū q̄ tūc q̄-
ſi homo mortuus fuerat nūc
tanq̄; deū colere cepit: et cōſtitu-
it inter ſeruos ſuos ſacra et ſa-
crificia. Deinde interueniēte tem-
pore. cōualeſcēte iniqua ꝯſue-
tudine. hic error tanq̄; lex cuſ-
toditus eſt: et tirannoꝝ impe-
rio colebātur figmēta. Et hos
quos in palā hoīes honorare
nō poterāt ꝓpter hoc ꝙ longe
eſſent: a lōginquo figura eoꝝ
allata. euidētē imaginē regis.
quē honorare volebāt fecerūt
ut illū qui aberat tanq̄; p̄ſentē
colerent ſua ſolicitudine. Pro-
uexit aūt ad hoꝝ culturā ⁊ hos
qui ignorabāt. artificis exími-
a diligentia. Ille enī volēs pluſ
placere illi qui ſe aſſumpſit: e-
laborauit arte ſua ut ſilitudi-
nē in melius figuraret. Multi-
tudo aūt hoīm abducta ꝑ ſpe-
ciem op̄is: eū qui ante tempus
tanq̄; homo honoratus fuerat
nūc deū eſtimauerūt. Et hec fu-
it vite humane deceptio: qm̄ ā
affectui ā regib; deſeruiētes ho-
mines. incōmunicabile nomē
lapidib; ⁊ lignis impoſuerūt.
Et nō ſuffecerat erraſſe eos cir-
ca dei ſcientiā: ſed et in magno
viuētes in ſcientie bello: tot et
tam magna mala pacem ap-
pellāt. Aut enī filios ſuos ſa-
crificātes. aut obſcura ſacrifi-
cia facientes. aut inſanie plenaſ
vigilias habētes. neq; vitam
neq; nuptias mūdas iam cuſ-
todiūt: ſed et alius aliū ꝑ invi-
diam occidit aut adulterās cō-
triſtat: ⁊ omnia cōmixta ſunt.
ſanguis homicidiū furtū et fic-
tio. corruptio et infidelitas. tur-
batio et piuriū: tumultus bo-
norū. dei inmemoratio. aīaꝝ in-
quinatio. natiuitatis immuta-
tio. nuptiaꝝ incōſtantia: inor-
dinatio mechie et impudicicie.
Infandoꝝ enī ydoloꝝ cultura
omīs mali cauſa ē: ⁊ iniciū ⁊ fi-
nis. Aut enī dum letātur inſa-
niūt. aut certe vaticinātur fal-
ſa: aut viuūt iniuſte: aut peie-
rant cito. Dum enī cōfidūt in
ydolis que ſunt ſine aīa: male
iurantes noceri ſe nō ſperant.
Utraq; ergo illis euenient dig-
ne: qm̄ male ſenſerūt de deo. at-
tendētes ydolis: et iurauerūt in

iuſte in ydolo · cõtemnẽtes iuſ-
ticiã· Nõ enĩ iuratiũ eſt virtus:
ſed peccãtiũ pena pambulat
ſemp iniuſtoꝝ puaricationẽ·
Tu aũt deus noſ- XV
ter· ſuauis et verus es: pa-
tiens et in miſcďia diſponens
omĩa· Et ſi enĩ peccauerimus
tui ſumus· ſciẽtes magnitudi-
nẽ tuã: et ſi nõ peccauerimꝰ: ſci-
mus qm̃ apud te ſumus cõpu-
tati· Noſſe enĩ te cõſũmata iuſ-
ticia eſt: et ſcire iuſticiã et virtu-
tem tuã· radix ẽ imoꝛtalitatis·
Non enĩ in erroꝛẽ induxit noſ
hoĩm male artis excogitatio:
nec umbra picture· laboꝛ ſine
fructu· effigies ſculpta p vari-
os coloꝛes· cuius aſpectus dat
inſenſato ɔcupiſcẽtiã: et diligit
mortue imaginis effigiẽ ſine
aĩa· Maloꝝ amatores digni
ſunt morte: qui ſpem habent
in talibus et qui faciũt illos: et
qui diligũt et qui colũt· Sed et
figulus mollẽ terrã premẽs la
borioſe fingit ad uſus nr̃os v-
nũquodque vas: et de eodẽ luto fi-
git que mũda ſunt in uſũ va-
ſa: et ſiliter que hiis ſunt cõtra-
ria· Hoꝝ aũt vaſoꝝ quis ſit v-
ſus iudex eſt figulus· Et cũ la-
boꝛe vario deũ fingit de eodem
luto· ille qui paulo ante de ter-
ra factus fuerat: et poſt puſil-
lum reducit ſe unde acceptus ẽ·
repetitus aĩe debitũ qͣ habebat·
Sed eſt cura illi nõ quia laboꝛa-
turus eſt· nec quoniã breuis il-
li vita ẽ: ſed cõcertat aurificib;
et argẽtariis: ſed et erarios imi-
tatur: et gl'iam pfert qm̃ res ſu-
per uacuas fingit· Cinis eſt enĩ
cor eius: et terra ſup uacua ſpes
illius et luto vilioꝛ vita eius:
qm̃ ignoꝛauit qui ſe finxit: et q
inſpirauit illi aĩam q opatur:
et qui inſufflauit ei ſpiritũ vita-
lem· Sed et eſtimauerũt luſum
eſſe vitã nr̃am: et ɔuerſationẽ
vite cõpoſitã ad lucrũ: et opoꝛ-
tere undecũq; etiã ex malo acq-
rere· Hic enĩ ſcit ſe ſup omẽs de-
linquere: q ex terre materia fra-
gilia vaſa et ſculptilia fingit·
Omẽs enĩ inſipiẽtes et infelices
ſupra modũ aĩe ſupbi ſunt in-
imici ppli tui· et imperãtes illi:
qm̃ omĩa ydola nationũ deos
eſtimauerũt quib; neq; oculo-
rum viſus eſt ad videndũ: neq;
nares ad pcipiendum ſpiritũ·
neq; aures ad audiẽdũ: neq; di-
giti manuũ ad tractãdũ: ſed
et pedes eoꝝ pigri ad ambulã-
dum· Homo enĩ fecit illos: et q
ſpiritũ mutatꝰ ẽ is finxit illos·
Nemo enĩ ſibi ſimilẽ homo po-
terit deũ fingere· Cum enim ſit
moꝛtalis: moꝛtuũ fingit ma-
nib; iniquis· Melioꝛ enĩ eſt ipſe
hiis quos colit: quia ipſe quidem

vixit cum eſſet mortalis: illi aũt
nũq̃3 · Sed et animalia miſer=
rima colunt · Inſenſata enĩ cõ
parata hiis · illis ſunt deterio=
ra · Sed nec aſpectu aliquis ex
hiis aĩalib; bona poteſt cõſpi=
cere · Effugerũt aũt dei laudem:
et benedictionẽ eius · XVI

Propter hec et hiis ſimilia
paſſi ſunt digne tormen=
ta: et p̱ mltitudinẽ beſtiarꝫ exter=
minati ſunt · Pro q̃b; tormen=
tis bene diſpoſuiſti pp̄lm tuũ:
quib; dediſti cõcupiſcẽtiã delec=
tamẽti ſui · nouũ ſaporẽ eſcã
parans eis ortigometram: ut
illi quidem cõcupiſcẽtes eſcam
propter ea que illis oſtenſa et
miſſa ſunt · etiã a neceſſaria cõ=
cupiſcẽtia auerterent̃ · Hii aũt
in breui inopes facti: nouam
guſtauerũt eſcã · Oportebat e=
nim illis ſine excuſatione qui=
dem · ſuperuenire interitũ exercen=
tib; tirãnidem: hiis aũt tantũ
oſtendere quẽadmodũ inimici
eorꝫ exterminabãt̃ · Et enĩ cũ illis
ſuperuenit ſeua beſtiarꝫ ira: mor=
ſibus peruerſorꝫ colubrorꝫ exter=
minabãt̃ · Sed nõ in perpetu=
um tua ira pmãſit: ſed ad cor=
reptionẽ in breui turbati ſunt:
ſignũ habẽtes ſalutis · ad cõme=
morationẽ mãdati legis tue ·
Qui enĩ cõuerſus eſt nõ p̱ hoc
qđ videbat ſanabat̃: ſed per te

oĩm ſaluatorẽ · In hoc aũt oſtẽ=
diſti inimicis tuis: q̃a tu es q̃ li=
beras ab omĩ malo · Illos enĩ
locuſtarꝫ et muſcarꝫ occiderunt
morſus: et nõ eſt inuenta ſani=
tas aĩe illorꝫ: quia digni erant
ab huiuſmodi exterminari · Fili=
os aũt tuos nec draconũ nec
venenatorꝫ vicerũt dẽtes · Miſe=
ricordia enĩ tua adueniens ſa=
nabat illos · In memoria enĩ ſer=
monũ tuorꝫ exterminabãtur: et
velocit̃ ſanabãt̃: ne in altam i=
cidẽtes obliuionẽ nõ poſſẽt tu=
o adiutorio uti · Etenĩ neq; her=
ba neq; malagma ſanauit e=
os: ſed tuus dñe ſermo qui ſa=
nat omĩa · Tu es dñe qui vite
et mortis habes poteſtatẽ: et de=
ducis ad portas mortis et redu=
cis · Homo aũt occidit q̇dẽ
per maliciã aĩam ſuã: et cũ exi=
erit ſpiritus nõ reuertetur nec
reuocabit aĩam que recepta ẽ:
ſed tuã manũ effugere impoſ=
ſibile eſt · Negãtes enĩ noſſe te
impii per fortitudinẽ brachii
tui flagellati ſunt · nouis aq̃s
et grãdinib; et pluuiis pſecuti=
onem paſſi: et per ignẽ cõſum=
mati · Quod enĩ mirabile erat:
in aqua que omnia extinguit
plus ignis valebat · Vindex ẽ
enĩ orbis iuſtorꝫ · Quodã enĩ te=
pore manſuetabatur ignis ne
cõburerẽtur q̃ ad impios miſſa

erant aīalia: ſed ut ipſi videtēſ
ſcirent qm̄ dei iudicio patiunť
pſecutionē· Et quodā tēpore ī
aqua ſupra virtutē ignis exar-
debat undiq;: ut iniquā ťre na-
tionē exterminaret· Pro quibuſ
angelorū eſca nutriſti pplm tu-
um: et paratū panē de celo pſ-
titiſti illis ſine labore omne de-
lectamētū in ſe habētem: ⁊ om-
nis ſaporis ſuauitatē· Subſtā-
tia eī tua dulcedinē tuā quā ī fi-
lios habes oſtendebas: et deſer-
uiens uniuſcuiuſq; voluntati·
ad qd quiſq; volebat cōuerte-
batur· Nix aūt et glacies ſuſti-
nebāt vim ignis· et nō tabeſce-
bant: ut ſcirent qm̄ fructus in-
imicorū exterminabat ignis ar-
dēs in grādine ⁊ pluuia coruſ-
cās· Hoc āt iterū: ut nutrirētur
iuſti· Ignis etiā ſue virtutis ob-
litus ē· Creatura eīm tibi facto-
ri deſeruiēs exardeſcit in tormē-
tū adūſus iniuſtos: et lenior
fit ad benefaciēdū pro hijs qui ī
te cōfidūt· Propter hoc et tūc
omīa trāſfigurata oīm nutri-
ci gratie tue deſeruiebant ad
volūtatē eoꝝ qui a te deſiderati
ſunt: ut ſcirent filij tui quos di-
lexiſti dn̄e: qm̄ nō natiuitatis
fructꝰ paſcūt hoīes: ſed ſermo
tuus hos qui in te crediderīt cō-
ſeruat· Nā eīm ab igne nō po-
terat exterminari ſtatī ab exigu

o radio ſolis calefactū tabeſce-
bat: ut notū omnib; eſſet· qm̄
oportet pūenire ſolem ad bene-
dictionē tuā: ⁊ ad oriētem lucīſ
te adorare· Ingrati eīm ſpes tā-
quā hibernalis glacies tabeſ-
cet: et diſperiet tanq̄ȝ aqua ſu-
peruacua· XVII

Magna ſunt eīm iudicia tu-
a dn̄e: et inenarrabilia verba
tua: pp̄t hoc indiſciplinate aīe
errauerūt· Dum eīm pſuaſum
habent iniqui poſſe dominari
nationi ſcē: vinculis tenebra-
rum et lōge noctis cōpediti· in-
cluſi ſub tectis· fugitiui perpe-
tue prudentie iacuerūt· et dum
putāt ſe latere in obſcuris pec-
catis tenebroſo obliuionis ve-
lamento diſpſi ſunt pauentes
horrende: et cū admiratione ni-
mia pturbati· Neq; eīm que cō-
tinebat illos ſpelūca ſine timo-
re cuſtodiebat: qm̄ ſonitus deſ-
cendens pturbabat illos: ⁊ per-
ſone triſtes illis apparentes pa-
uorē illis pſtabant· Et ignis q̄-
dē nulla vis poterat illis lumē
pbere: nec ſiderū limpide flāme
illuminare poterāt illā noctē
horrendā· Apparebat aūt illiſ
ſubitaneus ignis· timore ple-
nus: ⁊ timore pculſi illius que
nō videbatur faciei eſtimabāt
deteriora eſſe que nō videbātur:
et magice artis appoſiti erāt de-

riſus · et ſapiētie et glorie cor
reptio cū cātumelia · Illi enī q̄
promittebāt timores et ꝑtur
bationes ſe expellere ab aīa lā-
guēte: hij cū deriſu · pleni timo-
re languebāt · Nam ⁊ ſi nichil
eos ex mōſtris · ꝑturbabat: trā-
ſitu aīaliū et ſerpētiū ſibilatio-
ne cōmoti · tremebūdi ꝑibant:
et aerem quē nulla ratione q̄s
effugere poſſet negātes ſe vide-
re · Cū ſit enī timida nequicia:
dat teſtimoniū cōdēnationi ·
Semꝑ enī p̄ſumit ſeua : ꝑtur-
bata cōſciencia · Nichil enī eſt
timor niſi p̄ſumptionis adiu-
toriū: ꝓditō cogitationis aux-
iliorū · Et dum abintus minor
eſt expectatio: maiorē cōputat
ſciētiā ei⁹ cauſe · de qua tormē-
tum preſtat · Illi autē qui in po-
tētem vere noctē · et ab infi-
mis et ab altiſſimis inferis ſu-
ꝑuenientem eūdem ſomnū dor-
mientes: aliquādo mōſtrorū exa-
gitabātur timore: aliquando
aīe deficiebāt traductione · Su-
bitaneus enī illis et inſperatus
timor ſuꝑuenerat · Deinde ſi q̄ſ-
q̄ꝫ ex illis decidiſſet: cuſtodiebat
in carcere ſine ferro recluſus ·
Si enī ruſticus q̄s erat aut paſ-
tor aut agri laborū opari⁹ p̄o-
cupatus eſſet: ineffugibilē ſuſ-
tinebat neceſſitatē · Una enī ca-
tena tenebrarū oēs erāt colli-
gati · Siue ſpiritus ſibilās ā ī-
ter ſpiſſos arborū ramos auiū
ſonus ſuauis · aut vis aque de-
currētis nimiū · aut ſonus va-
lidus p̄cipitatarū petrarū: aut
ludentiū aīaliū · curſus inuiſus ·
aut mugientiū valida beſtiarū
vox: aut reſonās de altiſſimis
montib; echo · Deficientes faci-
ebat illos p̄ timore · Omnis enī
orbis terrarū limpido illumina-
batur lumine: ⁊ non impeditis
operib; cōtinebatᷣ · Solis autē
illis ſuppoſita erat grauis nox:
ymago tenebrarū que ſuꝑ ven-
tura illis erat · Ipſi ergo ſibi erāt
grauiores tenebris · XVIII
Sanctis autē tuis maxima
erat lux: et horū quidē vo-
cem inimici audiebāt · ſed figu-
ram non videbāt · Et quia nō
⁊ ipſi ꝑ eadem paſſi erāt magni-
ficabāt te: et qui ante leſi erant
q̄a nō ledebātᷣ gracias agebāt
tibi: et ut eſſet differētia · donū
petebāt · Propter qđ ignis ar-
dētem columnā ducem habue-
runt ignote vie: ⁊ ſolem ſine le-
ſura boni hoſpicij preſtitiſti ·
Digni quidem illi carcere luce ⁊
pati carcerem tenebrarū qui in-
cluſos cuſtodiebāt filios tuos ·
ꝑ quos incipiebat incorruptū
legis lumen ſeculo dari: dū co-
gitarent iuſtorū occidere infan-
tes · et uno expoſito filio ſed li-

lerato intraductionē illoꝝ mul-
titudinē filioꝝ abſtuliſti: et pa-
riter illos ꝑdidiſti in aquā va-
lidā. Illa enī nox ante cognita
eſt a prībus nrīs: ut vere ſcien-
tes q̄bus iuramētis crediderūt
animequiores eſſent. Suſcepta ē
aūt a ꝑplo tuo. ſanitas quidē
iuſtorū: iniuſtoꝝ aūt extermina-
cio. Sicut enī leſiſti adūſarioſ
nrōs: ſic et nos ꝓuocans ma-
gnificaſti. Abſcōſe enī ſacrifi-
cabāt iuſti pueri bonoꝝ: et iuſ-
ticie legem icōcordiā diſpoſue-
rūt ſiliſ bona et mala receptu-
ros iuſtos: prīs decātātes lau-
des. Reſonabat aūt incōueni-
ēs inimicoꝝ vox: et flebilis au-
diebatur planctus ploratorū
infantiū. Simili aūt pena ſeruꝰ
cū dn̄o afflictus eſt: et popula-
ris homo regi ſilia paſſus. Si-
miliſ ergo oēs uno noīe mor-
tis mortuos habebāt īnume-
rabiles. Nec enī ad ſepeliendū
vivi ſufficiebant: qm̄ uno mo-
mēto que erat p̄clarioꝛ natio
illoꝝ exterminata eſt. De omīb;
enī nō credentes ꝓpter benefici-
a: tūc cū primū fuit exterminiū
p̄mogenitoꝝ ſpoſpōderunt po-
pulū dei ſe eſſe. Cum enī quietū
ſilentiū cōtineret omīa. et nox
in ſuo curſu mediū iſ haberet:
omīpotēs ſermo tuus dn̄e exi-
liens de celo a regalib; ſedibuſ

durus debellator in mediā ext-
minij terram ꝓſiluit: gladius
acutus inſimulatū imperiū tu-
um portans. et ſtans repleuit
omīa morte: et uſq; ad celū at-
tingebat ſtans in t̄ra. Tūc cōti-
nuo viſus ſomnioꝝ maloꝝ t̄-
bauerūt illos: ⁊ timoꝛes ſuper-
uenerūt inſperati. Et alius ali-
bi ꝓiectus ſeminiuꝰ: ꝓpt̄ quā
moriebat̄ cauſam demōſtrabat
mortis. Viſiones enī que illoſ
turbauerūt hec p̄monebant:
ne inſcii quare mala paterebā-
tur perirent. Tetigit aūt tunc et
iuſtos tēptacio mortis: ⁊ cōmo-
cio in heremo facta eſt multitu-
dinis: ſed nō diu ꝑmāſit ira tu-
a. Properans enī homo ſine
querela dep̄cari pro ꝓplis. pro-
ferens ſeruitutis ſue ſcutū ora-
tionē: et ꝑ incenſum dep̄catio-
nem allegans. reſtitit ire et fi-
nem impoſuit neceſſitati: oſtē-
dens qm̄ tuus eſt famulus. Vi-
cit autē turbas non in virtute
corporis nec armatura poten-
tie: ſed verbo illū q̄ ſe vexabat
ſubiecit: iuramēta parentum
et teſtamētū cōmemorās. Cum
enī iam aceruatim cecidiſſent
ſuꝑ alterutrū mortui: interſtitit.
⁊ amputauit impetū: ⁊ diuiſit
illā que ad vivos ducebat viā:
In veſte enī poderis quā habe-
bat totus erat orbis t̄raꝝ: ⁊ pa-

rentū magnalia in q̄tuor ordi-
nib; lapidū erāt ſculpta: ⁊ ma-
gnificētia tua in diademate ca-
pitis illius ſcripta erat: hiis āt
ceſſit qui exterminabat: et hec ex-
timuit. Erat eñ ſola temptati-
o ire ſufficiens. XVII
Impiis autē uſq; ī noviſ-
ſimū ſine miſericordia ira ſupueñt.
Preſciebat eñ et futura illo-
rū: qm̄ ipi cū reuerſi eſſent ut ſe-
ducerēt ⁊ cū magna ſollicitudi-
ne pmiſiſſēt illos: cōſeq̄bātur
illos penitētie actus. Adhuc e-
nim īnt manus habentes luc-
tū ⁊ deplorātes ad monumēta
mortuorū aliā ſibi aſſumpſe-
rūt cogitationē inſcientie: et q̄s
rogantes ꝓiecerāt: hos tanq̄;
fugitiuos pſeq̄bāt̃. Ducebat
eñ illos ad hūc finē digna ne-
ceſſitas: et hoꝝ que acciderant
ꝯmemorationē amittebāt: ut
que deerāt tormētis repleret pu-
nicio: et pp̄ls quidē tuus mira-
bilit̃ tranſiret: illi aūt nouam
mortē inuenirēt. Omīs eñ cre-
atura ad ſuū genus ab initio
refigurabat̃ deſeruiēs tuis pre-
ceptis: ut pueri tui cuſtodirent̃
illeſi. Nam nubes caſtra eorū
obūbrabat: ⁊ ex aqua que āte
erat terra arida apparuit: et ex
mari rubro via ſine īpedimen-
to: et cāpus germinās de pfū-
do nimio: per quē omīs natio
tranſiuit. que tegebat̃ tua ma-
nu videntes tua mirabilia et mō-
ſtra. Tanquā equi eñ depaue-
runt eſcam: et tanquā agni ex-
ultauerūt magnificātes te do-
mine qui liberaſti illos. Memo-
res eñ erāt adhuc eorū q̄ in in-
colatu illoꝝ facta fuerāt: quē-
admodū pro natione aīalīu e-
duxit t̄ra muſcas: et ꝓ piſcib;
eructauit fluui⁹ mltitudinē ra-
narū. Nouiſſime aūt viderunt
nouā creaturā auiū cū abduc-
ti cōcupiſcētia poſtulauerūt eſ-
cas epulationis. In allocutio-
ne eñ deſiderii aſcendit illis de
mari ortigometra: et vexatio-
nes pcc̄orib; ſupuenerūt nō ſi-
ne illis q̄ ante facta erāt argu-
mētis p vim fluminū. Iuſte eñ
patiebant̃ ſecūdū ſuas nequi-
cias. Etenī indeteſtabilē hoſpi-
talitatē inſtituerūt. Alii quidē
ignotos nō recipiebant adue-
nas. Alii aūt bonos hoſpites
in ſeruitutē redigebāt. Et nō ſo-
lū hoc: ſed et alius quidē reſpec-
tus illoꝝ erat: qm̄ inuiti recipi-
ebāt extraneos qui aūt cū leti-
cia receperūt hos qui eiſdē uſi e-
rāt inſtitutis: ſeuiſſimis afflix-
erūt dolorib;. pcuſſi ſunt autē
cecitate. ſicut illi in forib; iuſti:
cū ſubitaneis cooperti eſſent te-
nebris. Vnuſquiſq; trāſitum
hoſtii ſui querebat. In ſe eñ ele-

mēta dñi cõuertūtur ſicut in or-
gano qualitatis ſonus immuta-
tur: et omnia ſuũ ſonũ cuſtodi-
unt. Unde eſtimari ex ipo viſu
certo poteſt. Agreſtia enim in a-
quatica cõuertebātur: et quecũq;
erãt natãtia in terra trãſiebant.
Ignis in aqua valebat ſupra
ſuã virtutem: et aqua extinguē-
tis nature obliuiſcebatur. Flam-
me econtrario corruptibilium
aĩaliũ nõ vexauerũt carnes co-
ambulãtiũ: nec diſſoluebãt il-
lã que facile diſſoluebatur ſicut
glacies bonã eſcã. In omnibus
enĩ magnificaſti ppl'm tuũ do-
mine. et honoraſti: et nõ deſpex-
iſti in omni tempe et in omni lo-
co aſſiſtens eis. Explicit liber
Sapie. Incipit plogus in librũ

MUltorũ Eccliſticum.
nobis et magnorũ
p legem et pphetas
aliosq; q ſecuti ſũt
illos ſapiētia demõſtrata ē: in
quib; oportet laudare iſrl' doc-
trine et ſapiētie cauſa: quia nõ
ſolũ ipos loquẽtes neceſſe ẽ eſ-
ſe ptos: ſed etiã extraneos poſ-
ſe et diſcentes et ſcribẽtes doctiſ-
ſimos fieri. Auus meus iheſus
poſtq; ſe amplius dedit ad dili-
gẽtiã lectionis legis et pphe-
tarũ et aliorũ librorũ qui nobis a
parentib; nrĩs traditi ſunt vo-
luit et ipſe ſcribere aliqd horũ
que ad doctrinã et ſapiẽtiã ptĩ-
nent: ut deſiderãtes diſcere et illo-
rum periti fieri magis magiſ-
q; attendãt animo: et cõfirmē-
tur ad legitimã vitã. Hortor
itaq; venire vos cũ beniuolen-
tia et attentiori ſtudio lectionẽ
facere: et veniã habere in illis ĩ
qbus videmur ſequẽtes imagi-
nem ſapientie: et deficere in ver-
borũ cõpoſitione. Nam defici-
unt verba hebraica: quãdo fu-
erũt tranſlata ad aliã linguã.
Nõ aũt ſolũ hec: ſed et ipa lex
et pphete ceteraq; aliorũ librorũ
nõ paruam habent differenti-
am quando inter ſe dicuntur.
Nam in octauo et triceſimo an-
no temporibus ptolomei euer-
getis regis poſtq; perueni in e-
giptum: et cum multum tem-
poris ibi fuiſſem inueni ibi li-
bro relictos non parue neq;
cõtemnende doctrine. Itaq; bo-
num et neceſſarium putaui et
ipe aliquam addere diligentiã
et laborem. interpretandi librũ
iſtum: et multa vigilia attuli
doctrinam in ſpacio temporis
ad illa que ad finem ducunt li-
brum iſtum dare: et illis qui
volunt animũ intendere et diſ-
cere quẽadmodũ oporteat in-
ſtituere mores qui ſcdm legem
dñi pposuerit vitã agere. Inci-
pit liber eccleſiaſticus. Cap. I.

Omnis ſapien-
cia a dño deo ē:
et cū illo fuit
ſemp: ⁊ eſt an-
te euum. Are-
nā maris et
pluuie guttas ⁊ dies ſeculi: qͥs
dinumerauit: altitudinē celi ⁊
altitudinē t̄re et ꝓfundū abiſ-
ſi: qͥs dimēſus ē ſapiētiā dei p̄-
cedētem oīa: qͥs īueſtigauit
prior omniū creata ē ſapiētia:
et intellectus prudētie ab euo.
Fons ſapiētie verbū dei ī excel-
ſis: et ingreſſus illius mādata
eterna. Radix ſapiētie cui reue-
lata eſt. et aſtutias illius quis
agnouit: Diſciplina ſapientie
cui reuelata eſt et manifeſtata:
⁊ mltiplicationē ingreſſus illi-
us quis intellexit: Unus eſt al-
tiſſim⁹ creator oīm omnipotēs.
⁊ rex potēs. et metuēd⁹ nimis:
ſedēs ſup thronū illius: et do-
minās deus. Ipe creauit illā in
ſpiritu ſancto: et vidit et dinu-
merauit et mēſus ē. Et effudit
illā ſup oīa opa ſua: et ſup
oēm carnē ſcdm datū ſuū: et p̄-
bet illā diligētib; ſe. Timor do-
mini glīa et glatio: et leticia ⁊
corona exultationis. Timor
dñi delectabit cor: et dabit leti-
ciā et gaudiū ī longitudinē di-
erū. Timenti deū bene erit in ex-
tremis: ⁊ ī die defunctionis ſue
benedicet. Dilectio dei honora-
bilis ſapiētia: quib; autē appa-
ruerit in viſu. diligunt eam.
in viſione et ī agnicione mag-
nalium ſuorum. Inicium ſapi-
entie timor domini: et cū fidelib;
in vulua cōcreatus eſt: et cum
electis feminis graditͬ. et cū iuſ-
tis et fidelib; agnoſcitͬ. Timor
dñi ſcientie religioſitas. Reli-
gioſitas cuſtodiet et iuſtifica-
bit cor: iocūditatē atq; gaudiū
dabit. Timenti deū bene erit in
extremis et in dieb; conſolatio-
nis illius benedicetͬ. Plenitudo
ſapientie timere deū: et plenitu-
do a fructib; illi⁹. Omē domū
illius implebit a gñationib;:
et receptacula a theſauris illi⁹.
Corona ſapiētie timor dñi: re-
plens pacem et ſalutis fructū:
et vidit et dinumerauit eā. Vtra-
que aūt ſunt dona dei. Scienci-
am ⁊ intellectū prudētie ſapien-
tia cōparciet: ⁊ gloriā tenentiū
ſe exaltat. Radix ſapiētie eſt ti-
mere deū: rami eñi illius longe-
ui. In theſauris ſapientie intel-
lectus ⁊ ſcientie religioſitas: ex-
ecratio aūt peccatorib; ſapien-
tia. Timor dñi expellit peccatū.
Nā qui ſine timore eſt nō pote-
rit iuſtificari: iracūdia eñi ani-
moſitatis illius ſubuerſio eiꝰ
eſt. Uſq; in tempus ſuſtinebit
patiens: et poſtea redditio io-

cunditatis. Bonus ſenſus uſ-
q; in tempus abſcōdet verba il-
lius: et labia multorū enarrabūt
ſenſum illius. In theſauris ſa-
piencie ſignificatio diſcipline:
execratio aūt peccatori cultura
dei. Fili ↄcupiſcēs ſapiēciā cō-
ſerua iuſticiā: et deus p̄bebit il-
lā tibi. Sapiēcia enī et diſcipli-
na timor dn̄i: et q̄ beneplacitū
eſt illi fides et mā̄ſuetudo: et ad
implebit theſauros illius. Cō-
tumax nō ſis et incredibilis ti-
mori dei: et ne acceſſeris ad illū
duplici corde. Ne fueris ypocrita
in cōſpectu hoīm: et nō ſcāda-
lizeris in labijs tuis. Attende ī
illis ne forte cadas: et adducas
aīe tue inhonoracōnē: et reue-
let deus abſconſa tua: et in me-
dio ſinagoge elidat te: quī ac-
ceſſiſti maligne ad dominum.
et cor tuum plenum eſt dolo et
fallacia. II

Fili accedens ad ſeruitutem
dei. ſta in iuſticia et in timore: et
p̄para aīam tuā ad temptacio-
nem. Deprime cor tuū et ſuſti-
ne: et inclina aurem tuā et ſuſ-
cipe verba intellectus: et ne feſ-
tines in tempus obductionis.
Suſtine ſuſtētaciones dei: con-
iūgere deo et ſuſtine: ut creſcat
in nouiſſimo vita tua. Omne
qd̄ tibi applicitū fuerit accipe.
et in dolore ſuſtine. et in humi-
litate tua paciēciā habe: quō-
niā in igne p̄batur aurū et argen-
tum: hoīes vero receptibiles in
camino humiliationis. Crede
deo et recuperabit te: et dirige vi-
am tuā et ſpera in illū. Serua
timorē illi⁹: et in illo veteraſce.
Metuētes dn̄m ſuſtinete miſeri-
cordiā eius: et non deflectatis
ab illa ne cadatis. Qui timetis
dn̄m credite illi: et nō euacua-
bit merces veſtra. Qui timetis
dn̄m ſperate in illū: et in oblec-
tacionē veniet vobis miſcdia.
Qui timetis dn̄m diligite illū:
et illuminabūtur corda veſtra.
Reſpicite filij naciones hoīm:
et ſcitote q̄a nullus ſperauit in
dn̄o. et cōfuſus eſt. Quis enim
p̄manſit in mandatis eius: et
derelictus eſt: aut q̄s inuocauit
eū: et deſpexit illū: Quonia piuſ
et miſericors eſt deus: et remittet
in die tribulacionis peccata: et
protector eſt omnib; exquirētib;
ſe in veritate. Ve duplici corde
et labijs ſceleſtis et manibus
malefaciētib;: et peccatori terrā
īgredienti duab; vijs. Ve diſſo-
lutis corde. q̄ nō credūt deo: et ide-
o nō p̄tegētur ab eo. Ve hijs
qui pdiderūt ſuſtinēciā: et q̄ dere-
liquerūt vias rectas: et diuerte-
rūt in vias prauas. Et quid fa-
cient cum inſpicere ceperit dn̄s:
Qui timēt dn̄m non erūt in cre-

dibiles verbo illius: et qui dili-
gūt illū cōſeruabūt verbū illi-
us. Qui timēt dn̄m inquirent
que beneplacita ſunt ei: et qui
diligūt eum replebunt̄ lege ip-
ſius. Qui timēt dn̄m prepara-
būt corda ſua: et in cōſpectu il-
lius ſanctificabūt aīas ſuas.
Qui timēt dn̄m cuſtodiēt mā-
data illi⁹: ⁊ paciētiā habebūt
uſq; ad inſpectionē illius dicē-
tes. Si penitentiā nō egerim⁹
incidemus in man⁹ dn̄i: et nō
in manus hoīm. Secdm̄ enim
magnitudinē illius: ſic et miſe-
ricordia illius cū ipſo eſt.

Filij ſapientie III

eccleſia iuſtorū: et natio illorū
obediētia et dilectio. Judicium
pr̄is audite filij: et ſic facite ut
ſalui ſitis. De⁹ enī honorauit
prēm in filijs: et iudiciū mr̄is
exquirens firmauit in filios.
Qui diligit deū exorabit ꝓ pec-
catis ⁊ cōtinebit ſe ab illis ⁊ in
orōne dierū exaudiet̄: et ſicut
qui theſauriſat ita ⁊ qui hono-
rificat mr̄em ſuam. Qui hono-
rat prēm ſuū iocūdabit̄ in fili-
js: et in die orationis ſue exau-
dietur. Qui honorat prēm ſu-
um vita viuet longiore: et qui
obedit pr̄i refrigerabit mr̄em.
Qui timet dn̄m honorat parē-
tes: ⁊ quaſi dn̄is ſeruiet hijs q̄
ſe genuerūt. In ope ⁊ ſermone
et omī paciētia honora prēm
tuū ut ſupueniat tibi benedicti-
o a deo: et benedictio illius in
nouiſſimo manet. Benedictio
pr̄is firmat domos filiorꝫ: ma-
ledictio aūt mr̄is eradicat fun-
damēta. Ne glorieris in cōtu-
melia pr̄is tui: non enī eſt tibi
gloria ſed cōfuſio. Gloria enī
hoīs ex honore pr̄is ſui: ⁊ de-
decus filij. pater ſine honore.
Fili ſuſcipe ſenectam pr̄is tui
et nō cōtriſteres eū in vita illi⁹:
et ſi defecerit ſenſu. veniā da: et
ne ſpernas eum in tua virtute.
Elemoſina enī patris non erit
in obliuione. Nam ꝓ peccato
matris reſtituet̄ tibi bonū: ⁊ in
iuſticia edificabit̄ tibi. et in die
tribulacionis cōmemorabitur
tui: et ſicut ī ſereno glacies. ſol-
uentur peccata tua. Quā male
fame eſt qui derelinquit prēm: ⁊
eſt maledictus a deo qui exaſpe-
rat mr̄em. Fili in manſuetudi-
ne opa tua pfice: et ſup hoīm
gloriā diligeris. Quāto mag-
nus es humilia te in omīb;. et
corā deo inuenies graciā: quī
magna potētia dei ſolius: ⁊ ab
humilib; honorat̄. Altiora te
ne queſieris: et fortiora te ne
ſcrutat⁹ fueris: ſed que p̄cepit
tibi deus illa cogita ſemp: et in
pluribus opinionib; eius ne fu-
eris curioſus. Nō eſt enī tibi ne-

ceſſariū ea que abſcōdita ſunt
videre oculis tuis· Inſupuacu-
is rebꝫ noli ſcrutari multipliciť
et in pluribꝫ eius opibꝫ nō eriſ
curioſus· Plurima enī ſuper
ſenſū hoīm oſtenſa ſunt tibi·
Multos enī ſupplātauit ſuſpi-
cio illoꝝ: et in vanitate detinu-
it ſenſus illoꝝ· Cor durū habe-
bit male in nouiſſimo: et qui
amat piculū· in illo pibit· Cor
ingrediēs in duas vias nō ha-
bebit ſucceſſus: ⁊ prauicors in
illis ſcandalizabiť· Cor nequā
grauabiť in doloribꝫ: et pecca-
tor adiciet ad peccādū· Sina-
goge ſupboꝝ nō erit ſanitas:
frutex enī peccati eradicabiť in
illis et nō intelligeť· Cor ſapiē-
tis intelligiť ī ſapiētia: ⁊ auris
bona audiet cū omni cōcupiſcē-
cia ſapiētiā· Sapiēs cor et ītel-
ligibile abſtinebit ſe a pccīs:
et ī opibꝫ iuſticie ſucceſſus ha-
bebit· Ignē ardētem extinguit
aqua: et elemoſina reſiſtit pec-
catis: et deus ꝓſpector eſt eius
qui reddit gratiā· Meminit in
poſterū: et in tempe caſus ſui ī-
ueniet firmamētū· IIII

Fili elemoſinā pauperis
ne defraudes: ⁊ oculos tu-
os ne tranſuertas a paupere·
Animam eſurientē ne deſpexeris:
et nō exaſperes pauperē in in-
opia ſua· Cor inopis ne afflix-
eris: et nō ꝓtrahas datū angu-
ſtiāti· Rogatonē contribulati
ne abicias: ⁊ non auertas faci-
em tuam ab egeno· Ab inope
ne auītas oculos tuos ꝓpť irā:
et non relinquas querentibꝫ ti-
bi retro maledicere· Maledicen-
tis enī tibi in amaritudine aīe
exaudieť deꝑcatio illius: exau-
diet aūt eū qui fecit illū· Cōgre-
gacioni pauperū affabilem te
facito: et pſbitero humilia ani-
mam tuā: ⁊ magnato humili-
a caput tuū· Declina pauperi
ſine triſticia aurem tuā: et red-
de debitū tuū: et reſpōde illi paci-
fice in māſuetudine· Libera eū
qui iniuriam patitur de manu
ſupbi: ⁊ non acide feras in ani-
ma tua· In iudicando eſto pu-
pillis miſericors ut pater· et ꝓ
viro matri illorū: et eris tu ve-
lut filius altiſſimi obediēs: et
miſerebiť tui magiſq; mater·
Sapientia filijs ſuis vitam in-
ſpirat: et ſuſcipit inquirētes ſe:
et pibit in via iuſticie· Et qui il-
lam diligit diligit vitam: et q
vigilauerit ad illā cōplectētur
placorē eius· Qui tenuerit illā
vitam hereditabūt: et quo intrō-
bit benedicet deus· Qui ſeruiūt
ei obſequētes erūt deo: et eos q
diligūt illā diligit deꝰ· Qui au-
dit illā iudicabit gentes: et qui
intuetur illam pmanebit cōfi-

dēs· Si crediderit ei ꝑmanebit ⁊
hereditabit illā: ⁊ erūt ī ꝯfirma
cōne creature illoꝝ: qm̄ ī tēpta-
cione ambulat cū eo et ī ꝑmis
eligit eū· Timorē et metū et ꝓ-
bacionē inducet ſup illū: ⁊ cru-
ciabit illū ī tribulacōne doctri-
ne ſue donec temptet eū in co-
gitacionib; ſuis: et credat ani-
me illi⁹· Et firmabit illū et iter
adducet directū ad illū: et letifi-
cabit illum ⁊ denudabit illi ab-
ſconſa ſua: ⁊ theſaurizabit ſu-
ꝑ illū ſcientiā et intellectū iuſti-
cie· Si aūt oberrauerit derelin-
quet eū: et tradet eū in manus
inimici ſui· Fili ꝯſerua temp⁹:
et deuita a malo· Pro aīa tua
ne cōfundaris dicere verū· Eſt
enim confuſio adducens pec-
catū: ⁊ ē ꝯfuſio adducēs gl'iā ⁊
graciā· Ne accipias faciē adū-
ſus faciē tuā: nec adūſus ani-
mā tuā mēdaciū· Ne reuerearis
proximū tuū in caſu ſuo: nec
retineas verbū ī tēpore ſalutis·
Non abſcondas ſapiēciam tu-
am in decore ſuo· In līgua eīm
ſapiēcia dinoſcitur: et ſenſus ⁊
ſciencia ⁊ doctrina in verbo ſen-
ſati: et firmamētū in opib; iuſ-
ticie· Non contradicas verbo
veritatis ullomodo: et demēda-
cio ieruditionis tue cōfundere·
Nō cōfūdaris cōfiteri peccata
tua: et ne ſubicias te omni ho-
mini pro peccato· Noli reſiſte-
re ꝯtra faciē potentis: nec cone-
ris contra ictū fluuij· Pro iuſ-
ticia agonizare ꝓ aīa tua: ⁊ uſ-
q; ad mortem certa ꝓ iuſticia:
et deus expugnabit ꝓ te inimi-
cos tuos· Noli citatus eſſe in
lingua tua: et inutilis et remiſ-
ſus ī opib; tuis· Noli eſſe ſicut
leo in domo tua euertēs domeſ-
ticos tuos: et opprimēs ſubiec-
tos tibi· Non ſit porrecta ma-
nus tua ad accipiēdū et ad dā-
dū collecta·

V

Noli attendere ad poſſeſſio-
nes iniquas: et ne dixeris ē mi-
chi ſufficiens vita· Nichil eīm ꝓ-
derit ī tempe vindicte et obduc-
tionis· Ne ſequaris in fortitu-
dine tua cōcupiſcēciā cordis tu-
i: et ne dixeris· Quomō potui:
ā q̄s me ſubiciet ꝓpt̄ facta mea:
De⁹ aūt vindicās vindicabit·
Ne dixeris· Peccaui: et q̄d mi-
chi accidit triſte: Altiſſim⁹ eīm ē
paciens redditor· De ꝓpiciatu
pccōꝝ noli eſſe ſine metu: neq;
addicias pccm̄ ſup pccm̄: ⁊ ne
dicas· Miſeratio dn̄i magna ē:
mltitudinis pccōꝝ meoꝝ miſe-
rebitur· Miſcdia eīm et ira ab il-
lo cito ꝓximāt: ⁊ in peccatores
reſpicit ira illius· Ne tardes cō-
uerti ad dn̄m: et ne differas de
die in diem· Subito eīm veni-
et ira dn̄i: et in tempe vindicte

diſpdet te. Noli anxius eſſe in
diuitijs iniuſtis: nõ eñ ꝓderũt
tibi ĩ die obductionis ⁊ vindic-
te. Non ventiles te in omnem
ventum: ⁊ non eas in omnem
viam. Sic eñ omĩs peccator
probatur in duplici lingua.
Eſto firmus in via dñi et in ve-
ritate ſenſus tui et ſciencia: ⁊ ꝓ-
ſequatur te verbũ pacis et iuſ-
ticie. Eſto manſuetus ad audi-
endum verbũ dei ut intelligas:
et cum ſapiẽtia proferes reſpõ-
ſum verũ. Si eſt tibi intellectuſ
reſpõde proximo: ſin aũt ma-
nus tua ſit ſup os tuũ: ne capi-
aris in verbo indiſciplinato ⁊
cõfundaris. Honor et gloria
in ſermone ſenſati: lingua vͦo
imprudẽtis ſubuerſio eſt ipiꝰ.
Nõ appelleris ſuſurro in vita
tua: et lingua tua ne capiaris
et cõfundaris. Sup furem eñ
eſt cõfuſio et peniẽtia: et deno-
tacio peſſima ſup bilinguẽ: ſu-
ſurratori aũt odiũ ⁊ inimicicia
et cõtumelia. Juſtifica puſillũ
et magnũ ſiĺiter. VI

Noli fieri pro amico inimi-
cus ꝓximo. Improperiũ
eñ et cõtumeliã malus heredi-
tabit: et omĩs peccator ĩuidus
et bilinguis. Non te extollas ĩ
cogitatione aĩe tue velut tau-
rus ne forte eliDatur virtus tu-
a ꝑ ſtulticiã: et folia tua come-
dat et fructus tuos ꝑdat: et re-
linquaris velut lignũ aridum
in heremo. Anima eñ nequã
diſperdet qui ſe habet: et ĩ gau-
dium inimicis dat illũ: et dedu-
cet ĩ ſortẽ impiorũ. Verbũ dul-
ce multiplicat amicos et miti-
gat inimicos: et lingua eucha-
ris ĩ bono hoĩe abũdabit. Multi
pacifici ſint tibi: et cõſiliarius
ſit tibi unus de mille. Si poſſi-
des amicũ in temptacione poſ-
ſide eũ: ⁊ ne facile credas ei teip-
ſum. Eſt eñ amicus ſecũdum
tempus ſuũ: et non ꝑmanebit
in die tribulacionis. Et eſt ami-
cus q̃ ꝯũtĩt ad amiciciã ⁊ ẽ ami-
cus qui odiũ et rixã et cõuicia
denudabit. Eſt aũt amicus ſo-
cius menſe: et non ꝑmanebit
in die neceſſitatis. Amicus ſi
ꝑmanſerit fixus. erit tibi quaſi
coequalis: et in domeſticis tuiſ
fiducialĩt aget. Si humiliaue-
rit ſe contra te ⁊ a facie tua ab-
ſcõderit ſe: unanimem habebiſ
amiciciã bonã. Ab inimicis
tuis ſeparare: et ab amicis tu-
is attende. Amicus fortis fide-
lis ꝓtectio: q̃ aũt inuenit illũ
inuenit theſaurũ. Amico fide-
li nulla eſt cõparacio: et non ẽ
digna ponderacio auri et argẽ-
ti ꝯtra bonitatẽ fidei illiꝰ. Ami-
cus fidelis medicamentũ vite ⁊
ĩmortalitatis: ⁊ qui metuũt do-

minū inuenīūt illū· Qui timet
deū eque habebit amiciciā bo-
nam: qm̄ ſcd̄m illū erit amic⁹
illius · Fili a iuuētute tua exci-
pe doctrinā: et uſq; ad canos ī-
uenies ſapiētiam · Quaſi is q̄
arat et qui ſeminat accede ad
eam: et ſuſtine bonos fructus
illius· In ope eīn ipſius exiguū
laborabis: et cito edes de gn̄a-
tionib; illius· Quā aſpera eſt·
nimiū ſapiētia indoctis homi-
bus: et nō pmanebit in illa ex-
cors · Quaſi lapidis virtus ꝓ-
bacio erit in illis: ⁊ nō demora-
būtur proicere illā· Sapientia
eīn doctrine ſcd̄m nomē ē eius:
et nō ē multis manifeſta· Qui-
bus aūt cognita ē pmanet uſ-
q; ad cōſpectū dei · Audi fili et
accipe ↄſiliū ītellect⁹: et ne abi-
cias cōſiliū meū · Inice pedē tu-
um in compedes illius: et ītor-
ques illius collū tuū· Subice
humerū tuū et porta illam: et
ne accidieris vinculis eius · In
omī animo tuo accede ad illā:
et in omni virtute tua conſer-
ua vias eius · Inueſtiga illam
et manifeſtabit̄ tibi: ⁊ continē'
factus ne derelinquas eam· In
nouiſſimis eīn inuenies requi-
em ī ea: ⁊ cōuertet̄ tibi in oblec-
tationē· Et erūt tibi ↄpedes ei⁹
in ꝓtectionē fortitudinis ⁊ ba-
ſes virtutis: et torques illius ī
ſtolam glorie· Decor eīn vite ē
in illa: et vincula illius alliga-
tura ſalutis· Stola glīe indues'
eam· et coronā gratulacionis
impones tibi· Fili ſi attenderis
michi diſces eam: et ſi accomo-
daueris animū tuū ſapiēs eris·
Si inclinaueris aurem tuā exci-
pies doctrinā: et ſi dilexeris au-
dire ſapiens eris· In multitudi-
ne pſbiterorū prudentiū ſta· et
ſapientie illorꝫ ex corde cōiūge-
re: ut omnē narracionē dei poſ-
ſis audire: et ꝓuerbia laudis
nō effugiāt a te· Et ſi videris ſē-
ſatum euigila ad eum: et gra-
dus hoſtiorꝫ illius exterat pes
tuus · Cogitatū tuū habe in p̄-
ceptis dei · et in mādatis illius
maxime aſſidu⁹ eſto: et ipē da-
entes ſunt. et uecordes. Sapiē-
tes ſunt ut faciant mala: bene
aūt facere neſcierūt. Aſpexi ter-
ram et ecce uacua erat. ⁊ nichil:
et celos. et non erat lux in eis.
Vidi montes et ecce moueban-
tur: et omnes colles cōturbati
ſunt. Intuitus ſum et non ērat
homo: ⁊ omne uolatile celi receſ-
ſit. Aſpexi et ecce carmelus de-
ſertus: et oēs urbes ei⁹ deſtructe
ſunt a facie dñi et a facie ire fu-

roris eius. Hec enim dicit dñs.
Deſerta erit omnis terra: ſed ta-
men cõſumationẽ nõ faciam.
Lugebit terra: et merebũt celi de-
ſup: eo q locut⁹ ſum. Cogita-
ui ꝛ nõ penituit me: nec auerſu-
ſũ ab eo. A voce equitis et mit-
tentis ſagittã fugit oĩs ciuitas.
Ingreſſi ſunt ardua: et aſcende-
runt rupes. Vniũſe vrbes dere-
licte ſunt: et non habitat in eis
homo. Tu aũt vaſtata qđ faci-
es? Cum veſtieris te coccino: cũ
ornatu fueris monili aureo. et
pinxeris ſtibio oculos tuos: fru-
ſtra cõponeris. Contempſerunt
me amatores tui: aĩam tuã q̃-
runt. Vocem eñ quaſi parturi-
entis audiui: et ãguſtias ut pu-
erpere. Vox filie ſyon inter mo-
rientes expandẽtiſq; manus ſu-
as. Ve michi: q̃a defecit aĩa me-
a propter interfectos. V
Circuite vias ihrl'm et aſpi-
cite: et cõſiderate et querite ĩ pla-
teis eius. an ĩueniatis virũ faci-
entem iudiciũ. et querẽtem fidẽ
et ꝓpicius ero ei. Qđ ſi etiam vi-
uit dñs dixerint: ꝛ hi falſo iura-
bunt. Dñe oculi tui reſpiciunt
fidem. Percuſſiſti eos et nõ do-
luerunt: attriuiſti eos et renue-
runt accipere diſciplinã. Indu-
rauerunt facies ſuas ſupra pe-
tram: et noluerũt reuerti. Ego
aũt dixi. Forſitan pauperes ſũt
et ſtulti: ignorãtes viã dñi ꝛ iu-
dicium dei ſui. Ibo ergo ad opti-
mates et loquar eis. Ipi eñ co-
gnouerũt viam dñi: iudiciũ dei
ſui. Et ecce magis hij ſimul cõ-
fregerũt iugũ: ruperũt vincula.
Idcirco pcuſſit eos leo de ſilua:
lup⁹ ad veſperã vaſtauit eos:
pardus vigilãs ſup ciuitates
eorũ. Omnis qui ingreſſus fuit
ex eis capietur: q̃a multe ſunt
ꝑuaricationes eorũ: confortate
ſũt auerſiones eorũ. Sup quo
propici⁹ tibi eſſe potero? Filij
tui dereliquerũt me: et iurãt in
hijs. qui non ſunt dij. Satura-
ui eos et mechati ſunt: et in do-
mo meretricis luxuriabantur.
Equi amatores in feminas: et
emiſſarij facti ſũt: vnuſquiſq;
ad vxorẽ ꝓximi ſui hinniebat.
Numqđ ſup hijs non viſitabo
dicit dñs: et in gente tali nõ vl-
ciſcetur aĩa mea? Aſcendite mu-
ros eius et diſſipate: cõſumati-
onem aũt nolite facere. Aufer-
te ꝓpagines eorũ: q̃a non ſunt
dñi. Preuaricationẽ eñ ꝑuari-
cata eſt in me domus iſrahel et
domus iuda ait dñs. Negaue-
runt dñm: et dixerũt. Nõ ẽ ipſe:
neq; veniet ſup nos malũ: gla-
dium et famẽ non videbimus.
Prophete fuerũt in ventũ locu-
ti: et reſpõſum non fuit in eis.
Hec ergo euenient illis. Hec di-

cit dñs deus exercituũ· Quia lo-
cuti eſtis verbum iſtud: ecce ego
do verba mea in ore tuo ĩ ignẽ
⁊ ꝑplm̃ iſtũ in ligna: ⁊ vorabit
eos· Ecce ego adducã ſup vos
gentem de lõginquo dom⁹ iſrl
ait dñs: gentẽ robuſtã gentem
antiquã gentem cuius ignora-
bis linguã: nec ĩtelliges qd lo-
quatur· Pharetra eius quaſi
ſepulcrũ patens: vniũſi fortes·
Et comedet ſegetes tuas et pa-
nem tuũ deuorabit: filios tuoſ
⁊ filias tuas comedet· gregẽ tu-
um ⁊ armenta tua: et comedet
vineã tuã et ficũ tuã· ⁊ conteret
urbes munitas tuas in quib;
tu habes fiduciã gladio· Verũ-
tamen in dieb; illis ait dñs nõ
faciã vos in ɔſũmationẽ· Qd
ſi dixeritis quare fecit dñs deus
noſter nobis hec omnia: dices
ad eos· Sicut dereliqſtis me et
ſeruiſtis deo alieno ĩ terra vr̃a:
ſic ſeruietis diis alienis in ťra
nõ vr̃a· Annũciate hec domui
iacob: ⁊ auditũ facite in iuda di-
centes· Audi ꝑple ſtulte qui nõ
habes cor: q̃ habẽtes oclos nõ
videtis· et aures ⁊ nõ auditis·
Me ergo nõ timebitis ait dñs:
⁊ a facie mea nõ dolebitis? Qui
poſui arenã terminũ mari· pre-
ceptũ ſempiternũ qd nõ preteri-
bit: et cõmouebũtur ⁊ nõ pote-
runt: ⁊ intumeſcent fluct⁹ ei⁹ et
nõ trãſibũt illud· Populo aũt
huic factũ eſt cor incredulũ ⁊ ex-
aſperãs· Receſſerũt et abierũt:
⁊ nõ dixerũt ĩ corde ſuo· Metua-
mus dñm deũ nr̃m q̃ dat nobiſ
pluuiã temporaneã ⁊ ſerotinã
in tempe ſuo: plenitudinẽ aĩ-
me meſſis cuſtodiẽtem nobis·
Iniq̃tates nr̃e declinauerũt hec:
et pctã nr̃a ꝓhibuerunt bonũ
a nobis: q̃a ĩuenti ſunt in ꝑplo
meo impii inſidiãtes quaſi au-
cupes: laqueos ponẽtes et pe-
dicas ad capiẽdos viros· Sicut
decipula plena auib;: ſic dom⁹
eoꝝ plene dolo· Ideo magnifica-
ti ſunt et ditati: incraſſati ſunt
et impinguati: ⁊ preterierunt ſer-
mones meos peſſime· Cauſã
vidue nõ iudicauerũt: cauſam
pupilli nõ direxerũt: et iudiciũ
pauperũ nõ iudicauerũt· Nun-
qd ſup hiis non viſitabo dicit
dñs: aut ſuper gentem huiuſce-
modi non vlciſcetur aĩa mea?
Stupor ⁊ mirabilia facta ſunt
in terra· Prophete ꝓphetabãt
mẽdaciũ: et ſacerdotes applaude-
bant manib; ſuis: et ꝑpls me⁹
dilexit talia· Quid igitur fiet in
nouiſſimo eius?

VI

Confortamĩ filii beniamin
in medio ihrlm: et in the-
cua clãgite buccina: ⁊ ſup bethac-
care leuate vexillũ: q̃a malũ vi-
ſum eſt ab aquilone et cõtricio

magna. Specioſe et delicate aſ-
ſimilaui filiã ſyõ: ad eã venient
paſtores et greges eorꝫ. Fixerũt
in ea tentoria in circuitu: paſcet
vnuſquiſq; eos qui ſub manu
ſua ſunt. Sanctificate ſup eam
bellũ: cõſurgite ⁊ aſcendamus
in meridie. Ve nobis q̃a decli-
nauit dies: q̃a longiores facte
ſunt vmbre veſperi. Surgite ⁊
aſcendamꝰ in nocte: et diſſipe-
mus domꝰ eius: quia hec dicit
dñs exercituũ. Cedite lignũ eiꝰ:
⁊ fundite circa ihrl'm aggerem.
Hec ẽ ciuitas viſitationis: oĩs
calũnia in medio eiꝰ. Sicut fri-
gidam facit ciſterna aquã ſuã:
ſic frigidã fecit maliciã ſuã. Ini-
quitas et vaſtitas audietur in
ea corã me ſemp: infirmitas et
plaga. Erudire ihrl'm ne forte
recedat anima mea a te: ne for-
te ponã te deſertã. terrã in habi-
tabilem. Hec dicit dñs exercitu-
um. Vſq; ad racemũ colligent.
quaſi ĩ vinea reliquias iſrahel.
Conuerte manũ tuã quaſi vin-
demiator ad cartallum. Cui lo-
quar: ⁊ quẽ cõteſtabor ut audi-
at: Ecce incircũciſe aures eorꝫ: ⁊
audire non poſſunt. Ecce ver-
bum dñi factũ eſt eis in obpro-
brium: et nõ ſuſcipiẽt illud. Id-
circo furore dñi plenꝰ ſum: la-
boraui ſuſtinens. Effunde ſup
paruulũ furorem ⁊ ſup cõciliũ
iuuenũ ſimul. Vir enĩ cũ muli-
ere capietᷣ: ſenex cũ pleno dierũ.
Et tranſibũt domus eorꝫ ad alte-
ros agri ⁊ vxores pariter: quia
extendã manũ meã ſuper habi-
tãtes terram dicit dñs. A mino-
re quippe uſq; ad maiorẽ omnes
auaricie ſtudent: et a ꝓpheta uſ-
q; ad ſacerdotẽ cuncti faciunt
dolũ. Et curabãt ꝯtricionẽ filie
ppli mei cum ignominia dicẽtes
pax pax: et non erat pax. Con-
fuſi ſunt quia abominationẽ
fecerũt: q̃n potiꝰ cõfuſione nõ
ſunt cõfuſi: et erubeſcere neſcie-
runt. Quãobrem cadent inter
ruentes: in tempe viſitationis
ſue corruẽt dicit dñs. Hec dicit
dñs. State ſup vias ⁊ videte. ⁊
interrogate de ſemitis antiquis
que ſit via bona et ambulate
in ea: et inuenietis refrigerium
aĩabus vr̃is. Et dixerũt. Non
ambulabimꝰ. Et ꝯſtitui ſuper
vos ſpeculatores. Et dixi. Au-
dite vocem tube. Et dixerũt. Nõ
audiemus. Ideo audite gentes
et cognoſce cognatio: quanta
ego faciã eis. Audi terra. Ecce
ego adduco mala ſup pplm iſ-
tum fructũ cogitationũ eius:
q̃a verba mea nõ audierunt: ⁊
legem meã ꝓiecerũt. Vt q̃d mi-
chi thus de ſaba affertis: ⁊ cala-
mũ ſuaue olentẽ de terra lõgin-
qua: Holocauſtomata vr̃a nõ

ſunt accepta: et victime vr̄e nō
placuerūt michi. Propterea hec
dicit dn̄s. Ecce ego dabo in po-
pulū iſtū ruinas: ⁊ ruent in eis
pr̄es ⁊ filij ſimul. vicinus ⁊ pxi-
mus peribūt. hec dicit dn̄s. Ec-
ce venit pp̄ls de t̄ra aquilonis.
et gens magna conſurget a fi-
nibus t̄re: ſagittā et gladiū ar-
ripiet: crudelis eſt ⁊ non miſere-
bitur. Vox eius quaſi mare ſo-
nabit: et ſup equos aſcendent.
ꝑparati quaſi vir ad preliū ad-
verſum te filia ſyō. Audivim⁹
famam ei⁹: diſſolute ſunt ma-
nus nr̄e. Tribulatio apprehen-
dit nos: dolores ut parturiētē.
Nolite exire ad agros: et in vi-
neā ne ambuletis: quā gladi⁹
inimici pavor in circuitu. Filia
pp̄li mei accingere cilicio. ⁊ con-
ſpergere cinere: luctū unigeniti
fac tibi planctū amarū: q̄a re-
pente veniet vaſtator ſup vos.
Probatorē dedi te in pp̄lo meo
robuſtū: ⁊ ſcies ⁊ pbabis viā
eoꝝ. Omnes iſti principes declinā-
tes: ambulātes fraudulēter. Es
et ferrū: univerſi corrupti ſunt.
Defecit ſufflatoriū in igne: cō-
ſumptum eſt plumbū. Fruſtra
conflavit cōflator: malicie eni
eoꝝ non ſunt cōſumpte. Argē-
tum reprobum vocate eos: q̄a
dn̄s proiecit illos. VII
Verbum quod factum eſt
ad iheremiam a domino dicēs.
Sta in porta domus dn̄i: ⁊ pre-
dica ibi verbū iſtud et dic. Au-
dite verbū dn̄i omnis iuda: qui
ingredimini p portas has ut a-
doretis dn̄m. Hec dicit domin⁹
exercituū deus iſrl̄. Bonas faci-
te vias vr̄as ⁊ ſtudia vr̄a: ⁊ ha-
bitabo vobiſcum in loco iſto.
Nolite cōfidere in verbis mēda-
cij: dicētes templū dn̄i. templū
dn̄i. templū dn̄i ē. Quā ſi bene
direxeritis vias vr̄as et ſtudia ve-
ſtra. ſi feceritis iudiciū inter vi-
rum et ꝓximū eius. advene et
pupillo et vidue nō feceritis ca-
lumniā: nec ſanguinē innocē-
tē effuderitis in loco hoc. ⁊ poſt
deos alienos non ambulaveri-
tis in malū vobiſmetipſis: ha-
bitabo vobiſcū in loco iſto in t̄-
ra quam dedi prībus vr̄is a ſe-
culo et uſqȝ in ſeculū. Ecce vos
cōfiditis vobis in ſermonibus
mendacij qui non ꝓderunt vo-
bis: furari. occidere. adulterare.
iurare. mēdaciter libare baali:
et ire poſt deos alienos quos
ignoratis. Et veniſtis ⁊ ſtetiſtis
coram me in domo hac in qua
invocatū eſt nomē meū: et dixi-
ſtis liberati ſumus eo q᷒ feceri-
mus omnes abominationes iſ-
tas. Ergo ſpelunca latronum
facta eſt domus iſta: in qua in-
vocatū eſt nomē meū in oculis

veſtris: Ego ego ſum: ego vidi
dicit dñs. Ite ad locū meū ĩ ſilo
ubi habitauit nomē meū a prĩ-
cipio: et videte q̃ fecerĩ ei ꝓpt᷑ ma-
liciā ꝑli mei iſrł. Et nūc q̃a feci-
ſtis om̄ia opa hec dicit dñs: et
locutus ſum ad vos mane cõ-
ſurgēs ⁊ loquēs ⁊ nõ audiſtis:
et vocaui vos ⁊ nõ reſpõdiſtis:
faciā domui huic in qua inuo-
catū ē nomē meū ⁊ in qua vos
habetis fiduciā ⁊ loco quē dedi
vobis et pr̃ibus vr̃is ſicut feci
ſylo: et proiciā vos a facie mea
ſicut proieci om̄es fratres vr̃oſ
uniūſum ſemē ephraim. Tu er-
go noli orare ꝓ ꝑlo hoc: nec
aſſumas pro eis laudē et orati-
onem: ⁊ non obſiſtas michi: q̃-
a non exaudiā te. Nõne vides
q̃d iſti faciūt in ciuitatib; iuda.
⁊ in plateis ihr̃lm: Filij colligūt
ligna. ⁊ pr̃es ſuccendunt ignē:
⁊ mulieres ꝯſpergūt adipē ut fa-
ciāt placētas regine celi et libēt
dijs alienis: et me ad iracūdiā
ꝓuocēt. Nūq̃d me ad iracūdi-
ā ꝓuocāt dicit dñs: Nonne ſe-
metipſos in confuſione vultus
ſui: Ideo h̃ dicit dñs deus. Ecce
furoꝛ meus et indignatio mea
ꝯflatur ſup locū iſtū ſup viroſ
et ſup iumēta et ſup lignū regi-
onis et ſup fruges terre: ⁊ ſuccē-
detur et non extinguet᷑. Hec di-
cit dñs exercituū deus iſrł. Olo-
cauſtomata veſtra addite victi-
mis vr̃is ⁊ comedite carnes: q̃a
non ſum locutus cū pr̃ib; vr̃iſ
et nõ p̃cepi eis in die qua eduxi
eos de terra egipti de verbo olo-
cauſtomatū et victimaꝝ: ſed h̃
verbū precepi eis dicens. Audi-
te vocem meā et ero vobis deuſ
et vos eritis michi ꝑplus: ⁊ am-
bulate in om̄i via quā manda-
ui vobis: ut bene ſit vobis. Et
nõ audierūt nec inclinauerūt
aurem ſuam: ſed abierūt in vo-
luptatib; et in prauitate cordiſ
ſui mali: factiq; ſūt retroꝛſum
et non in ante a die qua egreſſi
ſunt pr̃es eoꝝ de terra egipti uſ-
q; ad diem hāc. Et miſi ad eos
om̄es ſeruos meos ꝓphetas p
diem. cõſurgēs diluculo. ⁊ mit-
tens: ⁊ non audierūt me nec in-
clinauerunt aurem ſuā ſed in-
durauerūt ceruicē ſuā: ⁊ peius
operati ſunt q̃z pr̃es eoꝝ. Et lo-
queris ad eos om̄ia verba hec
et non audient te: et vocabis e-
os et non reſpõdebunt tibi. Et
dices ad eos. Hec eſt gens que
non audiuit vocem dñi dei ſui:
nec recepit diſciplinā. Periit fi-
des: et ablata eſt de oꝛe eoꝝ. Tõ-
de capillū tuū et proice. ⁊ ſume
in directū planctū: quia proie-
cit dñs et reliquit gñationē fu-
roris ſui: q̃a fecerūt filij iuda ma-
lū in oculis meis dicit dñs. Po-

fuerunt offendicula ſua in do-
mo in qua invocatū eſt nomen
meū ut pollueret eam. et edifica-
verūt excelſa thophet que eſt in val-
le filii ennon: ut incenderēt filios
ſuos et filias ſuas igni. que non
precepi nec cogitavi in corde me-
o. Ideo ecce dies venient dicit do-
minus: et nō dicetur amplius to-
phet et vallis filii ennō ſed val-
lis interfectionis: et ſepelient
in thopeth eo quod non ſit locus.
Et erit morticinū populi huius in
cibos volucribus celi et beſtiis terre:
et nō erit qui abigat. Et quieſce-
re faciā de urbibus iuda et de pla-
teis ihrlm vocē gaudii et vocē
leticie: vocē ſponſi et vocē ſponſe
In deſolatione enī erit terra. VIII
In tempore illo ait dominus. eicient oſſa
regis iuda et oſſa principū eius
et oſſa ſacerdotū et oſſa propheta-
rum et oſſa eorum qui habitaverūt
ihrlm de ſepulcris ſuis: et expā-
dent ea ad ſolē et lunā et omnē
miliciā celi que dilexerūt et qui-
bus ſervierūt et poſt que ambu-
laverūt: et que quēſierūt et ado-
raverunt. Nō colligētur et non
ſepelientur: in ſterquiliniū ſuper
faciē terre erunt. Et eligent ma-
gis mortē quam vitā oēs qui reſidui
fuerīt de cognatione hac peſſi-
ma: in univerſis locis que derelicta
ſunt ad que eieci eos dicit dominus
exercituū. Et dices ad eos. Hec
dicit dominus. Numquid qui
cadit non reſurget: et qui aver-
ſus eſt non revertetur? Quare er-
go averſus eſt populus iſte in ihe-
ruſalem averſione contencioſa?
Apprehenderūt mendaciū: et no-
luerunt reverti. Attendi et auſ-
cultavi: nemo quod bonū eſt loquitur.
tur. Nullus eſt qui agat penitē-
ciam ſuper peccato ſuo dicens.
Quid feci? Omnes cōverſi ſunt
ad curſum ſuū: quaſi equus im-
petu vadens in preliū. Milvus
in celo cognovit tempus ſuū:
turtur et hirundo et ciconia cuſ-
todierūt tempus adventus ſui:
populus autē meus nō cognovit
iudiciū domini. Quō dicitis ſapiē-
tes nos ſumus: et lex domini nobiſ-
cū eſt? Vere mendaciū operatus
eſt ſtilus mendax ſcribarum. Con-
fuſi ſunt ſapiētes: perterriti et cap-
ti ſunt. Verbū enī domini proiecerūt:
et ſapiētia nulla eſt in eis. Prop-
terea dabo mulieres eorum exteris:
agros eorum heredibus. Quia a mi-
nimo uſque ad maximū omnes
avariciā ſecuntur: a propheta uſque
ad ſacerdotē cuncti faciūt men-
daciū. Et ſanabāt contriciones
filie populi mei ad ignominiā di-
centes pax pax: cum non eſſet
pax. Cōfuſi ſunt quia abomi-
nationē fecerunt: quin pocius
cōfuſione non ſunt cōfuſi: et e-
rubeſcere neſcierunt. Idcirco ca-

dent inter corruētes: in tempore
viſitatōnis ſue corruēt dicit do-
minus. Cōgregās cōgregabo
eos ait dñs. Nō ē uva in vitib;
⁊ nō ſunt fic⁹ in ficulnea: foliū
defluxit: et dedi eis q̄ preter greſ-
ſa ſunt. Quare ſedem⁹? Conue-
nite et īgrediamur ciuitatē mu-
nitā. ⁊ ſileam⁹ ibi: q̄a dñs deuſ
noſter ſilere nos fecit: ⁊ potū de-
dit nobis aquā fellis. Peccaui-
mus eñi dño. Expectauim⁹ pa-
cem et non erat bonū: tempus
medele et ecce formido. A dan
auditus eſt fremit⁹ equoꝝ ei⁹:
a voce hinnituū pugnatoꝝ ei⁹
cōmota eſt om̄is terra. Et vene-
rūt et deuorauerūt terrā ⁊ pleni-
tudinē ei⁹: urbē ⁊ habitatores
ei⁹. Quia ecce ego mittā vobis
ſerpētes regulos quib; nō eſt ī-
cātatio: ⁊ mordebūt vos ait do-
minus. Dolor meus ſup dolo-
rem: ī me cor meū merēs. Ecce
vox clamoris filie pp̄li mei de t̄-
ra lōginqua. Nūquid dñs nō
eſt in ſyon. aut rex eius non eſt
in ea? Quare ergo me ad iracū-
diā cōcitauerūt in ſculptilibus
ſuis: et in vanitatibus alienis?
Trāſijt meſſis: finita eſt eſtas:
⁊ nos ſaluati non ſum⁹. Sup
cōtricione filie pp̄li mei cōtrituſ
ſum et contriſtat⁹: ſtupor obti-
nuit me. Nūquid reſina nō eſt
in galaad. aut medicus nō eſt
ibi? Quare ergo nō ē obducta
cicatrix filie pp̄li mei? VIIII

Quis dabit capiti meo a-
quā: et in oculis meis fō-
tem lacrimarū: Et plorabo die
et nocte īterfectos filie pp̄li mei.
Quis dabit me in ſolitudinem
diuerſoꝝ viatorū: Et derelinq̄;
pp̄lm meū et recedā ab eis: quī
om̄es adulteri ſunt ⁊ cetus pre-
uaricatoꝝ: ⁊ extenderūt linguā
ſuā quaſi arcū mēdacij et non
veritatis. Cōfortati ſunt in t̄ra:
q̄a de malo ad malū egreſſi ſūt:
⁊ me nō cognouerūt dicit dñs.
Vnuſquiſq; ſe a proximo ſuo
cuſtodiat: et in om̄i frē ſuo nō
habeat fiduciā: quia om̄is fra-
ter ſupplātans ſupplātabit: et
om̄is amicus fraudulēter ince-
det: et vir frēm ſuū deridebit ⁊ ve-
ritatem nō loquent̄. Docuerūt
eñi linguā ſuā loqui mendaci-
um: ut inique agerent labora-
uerūt. Habitatio tua in medio
doli: in dolo renuerūt ſcire me
dicit dñs. Propterea hec dicit
dñs exercituū. Ecce ego ꝯflabo
et ꝓbabo eos. Quid eñi aliud
faciam a facie filie populi mei?
Sagitta vulnerās ligua eorū:
dolū locuta eſt. In ore ſuo pacē
cum amico ſuo loquit̄. ⁊ occul-
te ponit ei inſidias. Nunquid
ſup hijs nō viſitabo dicit dñs:
aut in gente huiuſcemodi non

ulciſcet͛ aīa mea: Sup montes
aſſumā fletū ac lamentū ⁊ ſup
ſpecioſa deſerti planctū: qm̄ in-
cenſa ſunt eo q̄ nō ſit uir ptrā-
ſiens: et nō audierūt vocē poſ-
ſidētis. A volucre celi uſq; ad pe-
cora trāſmigrauerūt et receſſe-
rūt. Et dabo ihr̄lm in acervos
arene ⁊ cubilia draconū. ⁊ civi-
tates iuda dabo in deſolationē
eo q̄ nō ſit habitator. Quis eſt
vir ſapiēs qui intelligat hoc ⁊
ad quē verbū oris dn̄i fiat: ut
ānunciet iſtud: quare perierit t͛-
ra et exuſta ſit quaſi deſertū eo
q̄ nō ſit q̄ ptrāſeat: Et dixit do-
minus. Quia dereliquerūt legē
meā quā dedi eis. et nō audierūt
vocem meā. ⁊ non ambulaue-
runt in ea: et abierūt poſt pra-
uitatē cordis ſui. et poſt baalī
q̄d didicerūt a p̄ribus ſuis: id-
circo hec dicit dn̄s exercituū de⁹
iſrl̄. Ecce ego cibabo pp̄lm iſtū
abſinthio et potum dabo eis
aquā fellis: et diſpergā eos in
gētib; quas non nouerūt ipſi
et p̄res eorū: et mittā poſt eos
gladiū donec cōſumāt͛. Hec di-
cit dn̄s exercituū. Cōtemplamini
et vocate lamētatrices ut veni-
ant: et ad eas que ſapiētes ſūt
mittite et pperent: feſtinent ⁊ aſ-
ſumant ſup nos lamētū. Dedu-
cāt oculi nr̄i lacrimas: ⁊ palpe-
bre nr̄e defluāt aquis: q̄a vox
lamētationis audita eſt de ſyō.
Quō vaſtati ſumus: ⁊ confuſi
vehemēter: Quia dereliquim⁹ t͛-
ram: qm̄ deſerta ſunt taberna-
cula nr̄a. Audite ergo mulieres
verbū dn̄i. ⁊ aſſumat auris ve-
ſtra ſermonē oris eius: et doce-
te filias vr̄as lamentū ⁊ vnaq̄-
q; pximā ſuā planctū: q̄a aſcē-
dit mors p feneſtras nr̄as. in-
greſſa eſt domos nr̄as: diſpde-
re paruulos deforis. iuuenes
de plateis. Loq̄re. Hec dicit dn̄s.
Et cadet morticinū hoīs quaſi
ſtercus ſup faciē regionis: et q̄-
ſi fenū poſt tergū metētis: ⁊ nō
eſt qui colligat. Hec dicit dn̄s.
Nō gloriet͛ ſapiēs ī ſapiētia ſu-
a. ⁊ nō gloriet͛ fortis in fortitu-
dine ſua. ⁊ nō gloriet͛ dives in
diuitiis ſuis: ſed in hoc gloriet͛
qui gloriat͛: ſcire et noſſe me: q̄-
a ego ſum dn̄s qui facio miſe-
ricordiā et iudiciū et iuſticiā in
terra. Hec eni placent michi ait
dn̄s. Ecce dies veniēt dicit dn̄s.
⁊ viſitabo ſup omnē qui incir-
cūciſū habet pputiū. ſup egip-
tū ⁊ ſup iudā et ſup edom. ⁊ ſu-
per filios ammō et ſup moab:
⁊ ſup omēs qui attonſi ſunt in
comā habitātes in deſerto: qui-
a omēs gētes habēt pputium:
omīs aūt domus iſrl̄ incircūci-
ſi ſunt corde. X

Audite verbū q̄d locutus ē

dñs ſup nos domus iſrl̄· Hec
dicit dñs · Juxta vias gẽtiũ no-
lite diſcere: ⁊ a ſignis celi nolite
metuere que timent gẽtes: qui-
a leges pupolorũ vane ſunt ·
Quia lignũ de ſaltu precidit: o-
pus manus artificis in aſcia·
Argẽto ⁊ auro decoravit illud:
clavis ⁊ malleis cõpegit ut nõ
diſſoluat̃· In ſimilitudinẽ plaſ-
me fabricate ſunt· ⁊ nõ loquen-
tur: portata tollẽtur: q̃a incede-
re nõ valẽt· Nolite ergo timere
ea: q̃a nec male poſſunt facere
nec bene· Nõ ẽ ſimilis tui dñe:
magnꝰ es tu: et magnũ nomẽ
tuũ in fortitudine · Quis nõ ti-
mebit te o rex gentiũ: Tuũ ẽ eñi
decus· Inter cũctos ſapiẽtes gẽ-
tiũ· ⁊ ĩ univ̄ſis regnis eoꝝ· nul-
lus eſt ſimilis tui: pariter inſipi-
entes et fatui ꝓbabũtur · Doc-
trina vanitatis eorũ lignũ eſt ·
Argentũ ĩvolutũ de tharſis af-
fert̃: ⁊ aurũ de ophir opus arti-
ficis et manus erariꝭ: iacinctus
et purpura indumentum eoꝝ·
Opus artificũ univ̄ſa hec: dñſ
aũt deus verus eſt· Ipe eſt deus
vivẽs: ⁊ rex ſempiẽtnus· Ab in-
dignatione eiꝰ cõmovebit̃ t̃ra:
et nõ ſuſtinebũt gẽtes cõmina-
tionẽ eius· Sic ergo dicetis eis·
Diꝭ qui celos ⁊ terrã nõ fecerũt·
pereãt de terra: ⁊ de hiꝭ que ſub
celo ſunt· Qui facit terrã in for-

titudine ſua ꝓparat orbẽ in ſa-
pientia ſua et prudẽtia ſua extẽ-
dit celos: ad vocẽ ſuã dat mul-
titudinẽ aquaꝝ ĩ celo et elevat
nebulas ab extremitatibꝫ terre·
Fulgura in pluviã facit: ⁊ edu-
cit vẽtũ de theſauris ſuis· Stul-
tus factus eſt omñis homo a ſci-
entia ſua: et cõfuſus eſt artifex
omñis in ſculptili: quĩ falſum ẽ
qḋ cõflavit et nõ eſt ſpiritus in
eis· Vana ſunt: et opus eoꝝ ri-
ſu dignũ· In tempe viſitationiſ
ſue peribũt· Nõ eſt hiꝭ ſimiliſ
pars iacob· Qui eñi formavit
omñia ipe eſt: Et iſrl̄ virga here-
ditatis eius· Dñs exercituũ no-
men illi· Congrega de t̃ra ꝯfuſio-
nẽ tuã que habitas in obſidio-
ne: quia hec dicit dñs· Ecce ego
longe ꝓiciam habitatores t̃re
in hac vice: ⁊ tribulabo eos ita
ut nõ inveniãt̃· Ve michi ſup
ꝯtritione mea: peſſima plaga
mea· Ego aũt dixi· Plane hec
infirmitas mea eſt: et portabo
illã· Tabernaculũ meũ vaſta-
tum eſt: omnes funiculi mei di-
rupti ſunt· Filiꝭ mei exierunt a
me: et non ſubſiſtũt· Nõ eſt q̃
extendat ultra tentoriũ meũ et
erigat pelles meas: q̃a ſtulte e-
gerũt paſtores et dñm nõ que-
ſierũt: ꝓpterea nõ intellexerunt·
et omnis grex eoꝝ diſpſus eſt ·
Vox audicionis ecce venit: et

cõmotio magna de terra aqui-
lonis: ut ponat ciuitates iuda
ſolitudinẽ ⁊ habitacula draco-
nū. Scio dñe q̄a non eſt hoīs
via eius: nec viri ē ut ambulet
et dirigat greſſ⁹ ſuos. Corripe
me dñe: verūtamē ī iudicio ⁊ nō
in furore tuo: ne forte ad nichi-
lū redigas me. Effūde indigna-
tionē tuā ſup gentes: que non
cognouerūt te: ⁊ ſup ꝓuīcias
que nomē tuū nō īuocauerūt:
q̄a comederūt iacob. et deuora-
uerūt eū et cõſumpſerūt illū: et
decus eius diſſipauerūt. XI

Verbū qđ factū eſt ad ihere-
miā a dño dicēs. Audite
verba pacti hui⁹: et loquimini
ad viros iuda ⁊ ad habitatores
ihr̄lm: et dicetis ad eos. Hec di-
cit dñs deus iſrl̄. Maledict⁹ vir
qui nō audierit verba pacti hu-
ius: qđ p̄cepi pr̄ibus vr̄is ī die
qua eduxi eos de terra egipti de
fornace ferrea dicēs. Audite vo-
cem meā ⁊ facite oīa que pre-
cepi vobis: ⁊ eritis michi in po-
pulū et ego ero vobis in deū:
ut ſuſcitē iuramētū qđ iuraui
pr̄ibus vr̄is daturū me eis terrā
fluentē lacte ⁊ melle ſicut ē dies
hec. Et reſpōdi et dixi. Amē do-
mine. Et dixit dñs ad me. Uo-
ciferare oīa verba hec in ciui-
tatib; iuda ⁊ foris ihr̄lm dicēs.
Audite verba pacti hui⁹ et faci-
te illa: q̄a cõteſtans conteſtatus
ſum pr̄es vr̄os ī die qua eduxi
vos de terra egipti uſq; ad diē
hanc. Mane ɔſurgēs cõteſtat⁹
ſum ⁊ dixi audite vocem meā:
et nō audierūt nec inclinauerūt
aurē ſuā: ſed abierūt unuſquiſ-
q; in prauitate cordis ſui mali.
Et induxi ſup eos oīa verba
pacti hui⁹: qđ p̄cepi ut facerēt ⁊
nō fecerūt. Et dixit dñs ad me.
Inuēta ē cõiuratio in viris iuda
⁊ in habitatorib; ihr̄lm. Reuer-
ſi ſunt ad iniq̄tates patrū ſuo-
rū priores: q̄ noluerūt audire
verba mea. Et hii ergo abierūt
poſt deos alienos ut ſeruirent
eis. Irritū fecerūt domus iſrl̄ et
domus iuda pactū meū: qđ pe-
pigi cū pr̄ibus eorū. Quãobrē
hec dicit dñs. Ecce ego inducā
ſup eos mala de q̄b; exire nō po-
terunt: ⁊ clamabūt ad me ⁊ nō
exaudiā eos. Et ibūt ciuitates
iuda ⁊ habitatores ihr̄lm ⁊ cla-
mabunt ad eos quib; libāt: et
non ſaluabūt eos in tempore
afflictionis eorū. Scdm eñ nu-
merum ciuitatū tuarū erūt dii
tui iuda: et ſcdm numerū viarū
ihr̄lm poſuiſti aras ɔfuſionis:
aras ad libandū baalim. Tu
ergo noli orare pro ꝑplo hoc:
et ne aſſumas pro eis laudē et
orationē: quia nō exaudiā in
tēpore clamoris eorū ad me: in

tēpore afflictionis eoꝝ. Quid ē
q dilectus meus in domo mea
facit ſcelera m̄lta? Nūquid car-
nes ſancte auferēt a te malicias
tuas: in quib; gloriata es? Oli-
uam uberē pulcrā fructiferam
ſpecioſam uocauit dn̄s nomē
tuū. Ad vocē loquele grandis
exarſit ignis in ea: et cōbuſta
ſunt fruteta eius. Et dn̄s exerci-
tuū q̄ plātauit te locut⁹ eſt ſup
te malū: pro malis domus iſrl̄
⁊ domus iuda que fecerunt ſibi
ad irritandū me libātes baalī.
Tu aūt dn̄e demōſtraſti michi ⁊
cognoui: tu oſtēdiſti michi ſtu-
dia eoꝝ: et ego quaſi agn⁹ mā-
ſuetus q̄ portat̄ ad uictimā. Et
nō cognoui q̄a cogitauerūt ſu-
ꝑ me cōſilia dicētes: mittamus
lignū in panē eius. ⁊ eradam⁹
eū de terra viuētiū: et nomē eius
nō memoret̄ amplius. Tu aūt
dn̄e ſabaoth q̄ iudicas iuſte et
probas renes et corda: uideam
ultionē tuā ex eis. Tibi eīm reue-
laui cauſam meā. Propterea
h̄ dicit dn̄s ad uiros anathot:
q̄ querūt aīam tuā ⁊ dicūt. Nō
prophetabis in noīe dn̄i: ⁊ nō
morieris ī manib; nr̄is. Prop-
terea hec dicit dn̄s exercituū. Ec-
ce ego viſitabo ſup eos. Iuue-
nes morient̄ in gladio: ⁊ filij e-
oꝝ ⁊ filie eoꝝ morient̄ in fame:
⁊ reliquie non erūt ex eis. Indu-
cam eīm malū ſuper viros ana-
thot: annū viſitationis eorū.
Iuſtus quidē tu es dn̄e XII
ſi diſputē tecū verūtamē iuſta
loquar ad te. Quare via impi-
orū ꝓſperat̄: bene eſt omībus
q̄ preuaricant̄. et inique agūt?
Plātaſti eos et radicē miſerūt:
proficiūt et faciūt fructū. Pro-
pe es tu ori eoꝝ: ⁊ longe a reni-
bus eoꝝ. Et tu dn̄e noſti me: ui-
diſti me et ꝓbaſti cor meum te-
cum. Congrega eos quaſi gre-
gem ad uictimā: et ſanctifica e-
os in die occiſionis. Uſq; quo
lugebit terra: et herba omīs re-
gionis ſiccabit̄ ꝓpt̄ maliciā ha-
bitantiū in ea? Conſumptū eſt
animal et volucre: quīa dixerūt
nō videbit nouiſſima nr̄a. Si
cum peditib; currēs laboraſti:
quō cōtendere poteris cū equis?
Cum aūt in terra pacis ſecura
fueris: q̄d facies in ſuꝑbia ior-
danis? Nam et frēs tui ⁊ dom⁹
pr̄is tui. etiā ipſi pugnauerunt
aduūſum te: ⁊ clamauerūt poſt
te plena voce. Ne credas eis: cū
locuti fuerīt tibi bona. Reliqui
domū meā: dimiſi hereditatem
meā. Dedi dilectā aīam meam
in manū inimicorū eius: facta
eſt michi hereditas mea q̄ſi leo
in ſilua. Dedit ꝯtra me vocem:
ideo odiui eā. Nūq̄d auis diſco-
lor hereditas mea michi? Nun-

quid auis tincta per totũ: Veni-
te cõgregamini omnes beſtie t̃re:
properate ad devorãdũ. Paſto-
res multi demoliti ſũt vineã me-
am: cõculcaverũt partẽ meam.
Dederũt portionẽ meã deſidera-
bilẽ in deſertũ ſolitudinis: poſu-
erũt eam in diſſipationẽ: luxit-
q; ſup me. Deſolatione deſola-
ta ẽ oĩs t̃ra: q̃a nullꝰ ẽ q̃ recogi-
tet corde. Sup omnes vias de-
ſerti venerũt om̃es vaſtatores:
q̃a gladius dñi devoravit ab
extremo t̃re uſq; ad extremũ eiꝰ.
Nõ eſt pax univ̄ſe carni. Semi-
naverũt triticũ ⁊ ſpinas meſſu-
rũt: hereditatẽ acceperũt: et nõ
proderit. Cõfũdemini fructibꝫ veſ-
tris: ꝓpter irã furoris dñi. Hec
dicit dñs adv̄ſum oẽs vicinos
meos peſſimos: q̃ tangũt here-
ditatẽ quã diſtribui ꝓplo meo
iſrl̄. Ecce ego evellã eos de t̃ra e-
orũ: et domũ iuda evellã de me-
dio eorũ. Et cũ evulſero eos cõ-
vertar ⁊ miſerebor eoꝝ: et redu-
cam eos virũ ad hereditatẽ ſu-
am: et virũ in terrã ſuã. Et erit:
ſi eruditi didicerĩt vias ꝓpli mei
ut iurẽt in noĩe meo vivit dñs.
ſicut docuerũt ꝓplm meũ iurare
in baal: edificabũtur in medio
ꝓpli mei. Quod ſi nõ audierit:
evellã gentẽ illã evulſione ⁊ ꝑ-
ditione ait dñs. XIII
Hec dicit dñs ad me. Vade
⁊ poſſide tibi lumbare lineum:
⁊ pones illud ſup lũbos tuos:
et in aquã nõ inferes illud. Et
poſſedi lũbare iuxta verbũ do-
mini: ⁊ poſui circa lũbos meos.
Et factus ẽ ſermo dñi ad me ſe-
cundo dicẽs. Tolle lũbare quod
poſſediſti qđ ẽ circa lũbos tuos:
et ſurgens vade ad eufraten: et
abſcõde ibi illud in foramine
petre. Et abij et abſcõdi illud ĩ
eufraten: ſicut preceperat michi
dñs. Et factũ eſt poſt dies plu-
rimos: dixit dñs ad me. Sur-
ge et vade ad eufraten: et tolle
inde lumbare qđ ꝑcepi tibi ut
abſcõderes illud ibi. Et abij ad
eufraten: ⁊ fodi ⁊ tuli lũbare de
loco ubi abſcõderã illud. Et ec-
ce cõputruerat lumbare: ita ut
nulli uſui aptũ eſſet. Et factũ ẽ
verbũ dñi ad me dicẽs. Hec di-
cit dñs. Sic putreſcere faciã ſu-
ꝑbiã iuda. et ſuꝑbiã ihrl̄m mul-
tã: ꝓplm iſtũ peſſimũ. q̃ nolũt
audire verba mea. et ambulãt
in pravitate cordis ſui: abierũt-
q; poſt deos alienos ut ſervirẽt
eis et adorarẽt eos. et erũt ſicut
lũbare iſtud: qđ nulli uſui ap-
tũ eſt. Sicut enĩ adheret lũbare
ad lũbos viri ſic agglutinavi
michi oẽm domũ iſrl̄ ⁊ oẽm do-
mũ iuda dicit dñs ut eſſẽt michi
ĩ ꝓplm ⁊ in nomẽ ⁊ in laudẽ ⁊ in
gloriã: et non audierũt. Dices

ergo ad eos ſermonē iſtū. Hec
dicit dn̄s deus iſrl̄. Omnis lagū-
cula implebitur vino: Et dicēt
ad te. Nūquid ignoram⁹ quia
omnis lagūcula implebit̄ vino:
Et dices ad eos. Hec dicit dn̄s.
Ecce ego īplebo oēs habitato-
res t̄re hui⁹ et reges q̄ ſedent de
ſtirpe david ſup thronū eius.
⁊ ſacerdotes et ꝓphetas ⁊ omēs
habitatores ih'rlm ebrietate: et
diſpgam eos virū a fr̄e ſuo: et
p̄res ⁊ filios parit̄ ait dn̄s. Nō
parcā et non cōcedā: neq; miſe-
rebor ut nō diſꝑdā eos. Audi-
te et auribꝫ ꝑcipite: nolite eleua-
ri: q̄a dn̄s locutus ē. Date dn̄o
deo vr̄o gloriā anteq̄ȝ ɔtenebre-
ſcat: ⁊ anteq̄ȝ offendāt pedes ve-
ſtri ad mōtes caliginoſos. Expe-
ctabitis lucē: et ponet eā in um-
brā mortis. Et in caliginē. Qđ
ſi hoc nō audieritis: in abſcon-
dito plorabit anima mea a fa-
cie ſuꝑbie. Plorās plorabit et
deducet oculus meus lacrimā:
q̄a capt⁹ ē grex dn̄i. Dic regi et
dn̄atrici. Humiliamini: ſedete in
terra qm̄ deſcendet de capite vr̄o
corona glorie veſtre. Civitates
auſtri clauſe ſunt: et nō eſt qui
aperiat. Trāſlata ē omnis iuda
tranſmigratione ꝑfecta. Leua-
te oculos vr̄os et videte: q̄ veni-
tis ab aquilone. Ubi eſt grex q̄
datus ē tibi: pecus inclitū tuū:

Quid dices cū viſitauerit te: Tu
enī docuiſti eos aduſum te: et e-
rudiſti in caput tuū. Nunquid
nō dolores apprehēderūt te q̄ſi
mulierē parturientē: Qđ ſi dix-
eris in corde tuo quare venerūt
michi hec: propter multitudi-
nē iniquitatis tue reuelata ſūt
verecūdiora tua: pollute ſunt
plāte tue. Si mutare poteſt ethi-
ops pellē ſuā aut pardus vari-
etates ſuas: ⁊ vos poteritis be-
nefacere cum didiceritis malū.
Et diſſemiābo eos quaſi ſtipu-
lam q̄ vento raptat̄ in deſerto.
Hec ſors tua parſq; mēſure tu-
e a me dicit dn̄s: quia oblita es
mei ⁊ cōfiſa es in mēdacio. Un-
de ⁊ ego nudaui femora tua cō-
tra faciem tuam: et apparuit ig-
nominia tua: adulteria tua et
hinnit⁹ tuus ⁊ ſcelus fornicaci-
onis tue. Sup colles ī agro vi-
di abominationes tuas. Ve ti-
bi ih'rlm. Nō mūdaberis poſt
me. Uſq;quo adhuc: XIIII

Verbū dn̄i quod factū ē ad
iheremiā de ſermonibꝫ ſic-
citatis. Luxit iudea: ⁊ porte eius
corruerūt et obſcurate ſunt in
terra: et clamor ih'rlm aſcendit.
Maiores miſerunt minores ſu-
os ad aquā. venerūt ad hauri-
endū. Nō invenerūt aquā: repor-
tauerūt vaſa ſua vacua. Cōfu-
ſi ſunt et afflicti: et operuerunt

capita sua ꝓpter terre vastitatē:
q̄a nō venit pluuia ī trā. Cōfu-
si sunt agricole: operuerunt ca-
pita sua. Nam ⁊ cerua in agro
peperit et reliquit quia nō erat
herba: ⁊ onagri steterunt in ru-
pibꝫ. Traxerūt ventū q̄si draco-
nes: defecerūt oculi eoꝝ q̄a non
erat herba. Si iniq̄tates nostre
respōderit nobis: dn̄e fac ꝓpter
nomē tuū: qm̄ mlte sunt aūsi-
ones nr̄e. Tibi peccauimus ex-
pectatio isrl̄. saluator noster in
tēpore tribulationis. Quare q̄-
si colonus futurus es in terra:
et quasi viator declinās ad ma-
nendum: Quare futurus es ve-
lut vir vagus: et fortis qui nō
potest saluare? Tu aūt in nobis
es dn̄e: ⁊ nomē tuū inuocatū ē
sup nos: ne derelinquas nos.
Hec dicit dn̄s ppl'o huic q̄ dilex-
it mouere pedes suos ⁊ nō qui-
euit: et dn̄o nō placuit. Nūc re-
cordabit̄ iniq̄tatū eoꝝ: ⁊ visita-
bit pcc̄a eoꝝ. Et dixit dominus
ad me. Noli orare ꝓ ppl'o isto ī
bonū. Cū ieiunauerit nō exau-
diā preces eoꝝ: et si obtulerint
olocaustomata ⁊ victimas nō
suscipiā ea: qm̄ gladio ⁊ fame
⁊ peste ego ꝯsumā eos. Et dixi.
A a a dn̄e de⁹. Prophete dicūt
eis. Non videbitis gladiū et fa-
mes nō erit ī vobis: sed pacem
verā dabit vobis in loco isto.

Et dixit dn̄s ad me. Falso pro
phete vaticināntur in noīe meo.
Nō misi eos: ⁊ nō p̄cepi eis: ne
q; locutus sum ad eos. Visio-
nem mendacem ⁊ diuinationē
fraudulētā ⁊ seductionē cordis
sui ꝓphetāt vobis. Idcirco hec
dicit dn̄s de ꝓphetis q̄ ꝓphetāt
in noīe meo quos ego nō misi:
dicentes gladius ⁊ fames non
erit in terra hac. In gladio ⁊ fa-
me ꝯsumētur ꝓphete illi: ⁊ po-
puli quibꝫ ꝓphetāt erūt ꝓiecti
in viis ihr̄lm p̄ fame ⁊ gladio:
et nō erit q̄ sepeliat eos ipi ⁊ vx-
ores eoꝝ filii et filie eoꝝ: et effū-
dā sup eos malū suū. Et dices
ad eos verbū istud. Deducant
oculi mei lacrimā p nocte̅ et di-
em et nō taceāt: qm̄ cōtritione
magna contrita est virgo filia
populi mei: plaga pessima ve
hemēter. Si egressus fuero ad
agros ecce occisi gladio: ⁊ si in-
troiero in ciuitatē ecce attenuati
fame. Propheta nāq; ⁊ sacdos
abierūt ī terrā quā ignorabāt
Nūquid ꝓiciēs abiecisti iudā:
aut syon abomīata ē aīa tua?
Quare ergo percussisti nos ita:
ut nulla sit sanitas? Expectaui-
mus pacē et nō ē bonū: et tem-
pus curationis: et ecce turbati-
o. Cognouim⁹ dn̄e impietates
nr̄as: iniq̄tates patrū nr̄oꝝ q̄a
peccauim⁹ tibi. Ne des nos in

obprobrium ꝓpter nomē tuū:
neq; facias nobis contumeliā.
Solij glorie tue recordare: ne
irritū facias fed⁹ tuū nobiſcū.
Nūquid ſunt in ſculptilib; gē-
tiū qui pluāt: aut celi poſſunt
dare ymbres niſi tu volueris?
Nōne tu es dn̄s de⁹ noſter quē
expectauim⁹? Tu eīm feciſti oīa

XV

Et dixit dn̄s hec·
ad me. Si ſteterit moyſes
et ſamuel corā me: non eſt aīa
mea ad pp̄lm iſtum. Eice illos
a facie mea: et egrediant̄. Qd̄ ſi
dixerint ad te quo egrediemur:
dices ad eos. Hec dicit domin⁹.
Qui ad morte̅ ad mortē. et qui
ad gladiū ad gladiū: ⁊ qui ad
famem ad famē: ⁊ qui ad capti-
uitatē ad captiuitatē. Et viſita-
bo ſup eos quatuor ſpecies di-
cit dn̄s. Gladiū ad occiſionē. ⁊
canes ad lacerādū: et volatilia
celi ⁊ beſtias terre ad deuorādū
et diſſipādū: et dabo eos in fer-
uorē vniūſis regnis terre ꝓpter
manaſſen filiū ezechie regis iu-
da ſup omnibus que fecit in ihe-
ruſalem. Quis eīm miſerebitur
tui ihr̄lm? Aut quis cōtriſtabit̄
pro te? Aut q̄s ibit ad rogādū
pro pace tua? Tu reliquiſti me
dicit dn̄s: retrorſū abiſti. Et ex-
tendā manū meā ſup te: et inf-
ficiā te. Laboraui rogās. Et di-
ſpgam eos ventilabro in por-
tis terre. Interfeci ⁊ diſꝑdidi po-
pulū meū: et tamen a vijs ſuiſ
non ſunt reuerſi. Multiplicate
ſunt michi vidue eius: ſup ha-
renā maris. Induxi eis ſup ma-
trē adoleſcentis vaſtatorē meri-
die: miſi ſup ciuitates repente t̄-
rorem. Infirmata eſt que pepe-
rit ſeptē: defecit aīa ei⁹. Occidit
ei ſol cū adhuc eſſet dies: ɔfuſa
eſt ⁊ erubuit. Et reſiduos ei⁹ in
gladiū dabo in cōſpectu inimi-
coꝝ eoꝝ ait dominus deus. Ve
michi mat̄ mea. Quare genui-
ſti me virū rixe: virū diſcordie
in vniūſa terra? Non feneraui:
nec feneraui̅t michi quiſq;. Oēſ
maledicūt michi dicit dn̄s. Si
nō reliquie tue in bonū: ſi non
occurrerit tibi in tempore afflic-
tionis: ⁊ in tempore tribulatio-
nis aduſum inimicū. Nūquid
federabit̄ ferrū ferro ab aquilo-
ne ⁊ es? Diuicias tuas ⁊ theſau-
ros tuos in direptionem dabo
gratis in omībus peccatis tuis:
et in omīb; t̄minis tuis. Et ad-
ducā inimicos tuos de t̄ra quā
neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt
in furore meo: et ſup vos arde-
bit. Tu ſcis dn̄e: recordare mei
et viſita me: et tuere me ab hiſ
q̄ pſecunt̄ me. Noli in paciēcia
tua ſuſcipere me. Scito quī ſu-
ſtinui pro te obprobriū. Inuē-
ti ſunt ſermones tui: et comedi

eos. Et factum eſt michi verbū
tuū in gaudiū et ī leticiā cordiſ
mei: qm̄ inuocatū eſt nomē tu=
um ſup me dn̄s deus exercituū.
Nō ſedi ī ɔcilio ludentiū: ⁊ glori=
at⁹ ſum a facie man⁹ tue. So=
lus ſedebā: qm̄ cōminatione re=
pleſti me. Quare factus ē dolor
me⁹ perpetu⁹: et plaga mea de=
ſperabilis: renuit curari. Fac=
ta ē michi q̄ſi mēdaciū aquarū
infideliū. Propter hoc hec dicit
dn̄s. Si cōuerteris conuertā te.
et ante faciē meā ſtabis: et ſi ſe=
paraueris p̄cioſum a vili. qua=
ſi os meū eris. Conuertent̄ ipſi
ad te: ⁊ tu nō ɔuerteris ad eos.
Et dabo te pp̄lo huic in murū e=
reū fortē: ⁊ bellabunt aduerſum
te et nō p̄ualebūt: q̄a ego tecū
ſum ut ſaluem te ⁊ eruam te di=
cit dn̄s. Et liberabo te de manu
peſſimoꝝ: ⁊ redimā te de manu
fortiū.

XVI

Et factū ē verbū dn̄i ad me dicēs.
Nō accipies uxorē: et nō erunt
tibi filij et filie ī loco iſto. Quia
hec dicit dn̄s ſup filios et filiaſ
qui generāt̄ in loco iſto: et ſup
m̄res eoꝝ que genuerūt eos: et
ſup p̄res eoꝝ de quoꝝ ſtirpe ſūt
nati in terra hac. Mortib; egro=
tationū moriēt̄. Nō plangent̄
et nō ſepeliēt̄: in ſterquiliniū ſu=
per faciē terre erūt. Et gladio ⁊
fame ɔſumētur: et erit cadauer
eoꝝ ī eſcam volatilib; celi et be=
ſtijs terre. Hec enim dicit dn̄s.
Ne ingrediaris domū cōuiuij
neq; vadas ad plāgendū: neq;
ɔſoleris eos quia abſtuli pacē
meā a pp̄lo iſto dicit dn̄s: miſe=
ricordiā ⁊ miſeratōnes. Et mo=
rientur grādes et parui in terra
iſta: nō ſepelient̄ neq; plāgent̄:
⁊ nō ſe incidēt neq; caluiciū fiet
pro eis. Et nō frangēt inter eoſ
lugenti panē ad cōſolādū ſup
mortuo: et nō dabūt eis potū
calicis ad conſolandū ſup p̄re
ſuo et matre. Et domū cōuiuij
nō ingrediaris ut ſedeas cū eiſ
et comedas et bibas: q̄a hec di=
cit dn̄s exercituū deus iſrl̄. Ecce
ego auferā de loco iſto in oculis
vr̄is et ī dieb; vr̄is vocē gaudij
⁊ vocē leticie: vocē ſp̄oſi ⁊ vocē
ſp̄oſe. Et cū ānūciaueris pp̄lo
huic oīa verba hec ⁊ dixerīt tibi.
quare locutus eſt dn̄s ſup noſ
omē malū grande iſtud. q̄ nr̄a
iniq̄tas et qd̄ peccatū nr̄m qd̄
peccauim⁹ dn̄o deo nr̄o: dices
ad eos. Quia dereliquerūt me
p̄res vr̄i ait dn̄s: et abierūt poſt
deos alienos et ſeruierūt eis. et
adorauerūt eos: ⁊ me dereliq̄ue=
rūt ⁊ legē meā nō cuſtodierūt.
Sed et vos peius operati eſtis
q̄; patres veſtri. Ecce enī ambu=
lat vnuſq̄ſq; poſt prauitatē cor=
dis ſui mali: ut me nō audiat.

Et eiciā vos de terra hac in terrā
quā ignoratis vos ⁊ p̄res vr̄i:
et ſeruietis ibi diis alieīs die ac
nocte q̄ nō dabūt vobis requi-
em. Propterea ecce dies venient
dicit dn̄s: ⁊ nō dicet' ultra viuit
dn̄s q̄ eduxit filios iſrl' de terra
egipti. ſed viuit dn̄s q̄ eduxit fi-
lios iſrl' de terra aquilonis. ⁊ de
uniu̇ſis terris ad aquas eieci il-
los: ⁊ reducā eos in terrā ſuam
quā dedi p̄ribus eorū. Ecce ego
mittā piſcatores multos dicit
dn̄s: ⁊ piſcabūtur eos. Et poſt
hec mittā eis m̄ltos venatores
et venabūtur eos de omī mon-
te et de omī colle et de cauernis
petrarū: quia oculi mei ſup oēs
vias eorū. Nō ſunt abſcōdite a
facie mea: ⁊ nō fuit occultata ī-
iquitas eorū ab oculis meis. Et
reddā p̄mū duplices iniq̄tates
et peccata eorū: q̄a cōtaminaue-
rūt terrā meā ī morticinis ydo-
lorū ſuorū: et abomīationib; ſu-
is impleuerūt hereditatē meā.
Dn̄e fortitudo mea ⁊ robor me-
um: ⁊ refugiū meū in die tribu-
lationis. Ad te gētes venient ab
extremis terre et dicēt. Vere mē-
daciū poſſederunt p̄res nr̄i: va-
nitatē q̄ eis nō ꝓfuit. Numq̄d
faciet ſibi homo deos: Et ipſi
nō ſunt dii. Idcirco ecce ego oſ-
tendam eis per vicem hanc: oſ-
tendā eis manū meā et virtutē
meā: et ſciēt q̄a nomē michi do-

Peccatū — XVII — iuda ſcriptū eſt ſtilo ferreo
in ungue adamātino: exaratū
ſup latitudinē cordis eorū: et in
cordib; ararū eorū. Cū recorda-
ti fuerint filii eorū ararū ſuarū et
lucorū ſuorū lignorūq; fronden-
tiū in mōtib; excelſis ſacrifican-
tes in agro: fortitudinē tuā et
omēs theſauros tuos in direp-
tionem dabo: excelſa tua ꝓpter
peccata in uniu̇ſis finib; tuis.
Et relinqueris ſola ab heredita-
te tua quā dedi tibi: et ſeruire te
faciā inimicis tuis in t̄ra quā
ignoras. Quī ignē ſuccendiſti
in furore meo: uſq; in eternum
ardebit. Hec dicit dn̄s. maledic-
tus homo q̄ cōfidit in hoīe: et
ponit carnem brachiū ſuū: ⁊ a
dn̄o recedit cor eius: erit eīn q̄ſi
mirice in deſerto: et non videbit
cum venerit bonū: ſed habita-
bit ī ſiccitate in deſerto in terra
ſalſuginis et inhabitabili. Be-
nedictus vir q̄ cōfidit in dn̄o: ⁊
erit dn̄s fiducia eius. et erit q̄ſi
lignū qd̄ trāſplātat' ſup aq̄s:
qd̄ ad humorem mittit radices
ſuas: et non timebit cū venerit
eſtus. Et erit foliū eius viride: ⁊
in tēpore ſiccitatis nō erit ſollici-
tū: nec aliquando deſinet facere
inſcrutabile. Quis cognoſcet
fructū. Prauū eſt cor hominis ⁊

illud: Ego dñs ſcrutās cor et ꝓ-
bans renes: q̃ do unicuiq; iux-
ta viam ſuam: et iuxta fructū
adinuentionum ſuarum. Per-
dix fouit que non peperit. Fe-
cit diuitias et non in iudicio.
In dimidio dierū ſuorꝫ derelin-
quet eas: ⁊ in nouiſſimo ſuo e-
rit inſipiens. Soliū glorie alti-
tudinis a ꝓncipio: loc⁹ ſanctifi-
cationis noſtre expectatio iſrl.
Dñe omnes q̃ te derelinquūt cō-
fundent̃: recedentes a te in terra
ſcribent̃: quī dereliquerūt venā
aquarū viuentiū dñm. Sana
me dñe et ſanabor: ſaluū me
fac et ſaluus ero: quoniā laus
mea tu es. Ecce ipi dicūt ad me.
Ubi eſt verbū dñi: Veniat. Et
ego nō ſum turbatus te paſto-
rem ſequēs: et diē hoīs non de-
ſideraui. Tu ſcis qḋ egreſſum ē
de labijs meis: rectū in ɔſpectu
tuo fuit. Nō ſis michi tu formi-
dini: ſpes mea tu in die afflicti-
onis. Cōfundātur q̃ me pſecū-
tur et nō cōfūdar ego: paueāt
illi: et nō pauea ego. Induc ſu-
ꝑ eos diē afflictionis: ⁊ duplici
cōtricione cōtere eos. Hec dicit
dñs ad me. Vade et ſta in por-
ta filiorꝫ ppli tui per quā īgredi-
untur reges iuda. et egrediunt̃
⁊ in cunctis portis iheruſalem:
et dices ad eos. Audite verbū
dñi reges iuda. et omnis iudea

cūctiq; habitatores ihrlm: q̃ in-
gredimini ꝑ portas iſtas. Hec di-
cit dñs. Cuſtodite aīas vr̃as: ⁊
nolite portare pōdera ī die ſab-
bati. nec inferatis ꝑ portas ihe-
ruſalē: et nolite eicere onera de
domib; veſtris in die ſabbati ⁊
omne opus nō facietis. Sancti-
ficate diē ſabbati ſicut precepi
prib; vr̃is. Et nō audierūt nec
īclinauerūt aurē ſuā: ſed indu-
rauerūt ceruicē ſuā ne audirēt
me: et ne acciperēt diſciplinā.
Et erit ſi audieritis me dicit do-
min⁹. ut nō inferatis onera ꝑ
portas ciuitatis hui⁹ in die ſab-
bati et ſi ſanctificaueritis diem
ſabbati ne faciatis in ea omne
opus: īgredietur ꝑ portas ciui-
tatis hui⁹ reges ⁊ ꝑncipes ſedē-
tes ſuꝑ ſoliū dauid. et aſcendē-
tes in curribꝫ et equis ipi ⁊ ꝑnci-
pes eorū viri iuda et habitato-
res ihrlm: et habitabit̃ ciuitas
hec in ſempiternū. Et venient de
ciuitatib; iuda in circuitu iheru-
ſalē ⁊ de terra beniamin et de cā-
peſtrib; ⁊ de mōtuoſis et ab au-
ſtro portātes olocauſtū et victi-
mā ⁊ ſacrificiū ⁊ thus: ⁊ inferēt
oblationē in domū dñi. Si au-
tem nō audieritis me ut ſancti-
ficetis diē ſabbati ⁊ ne portetiſ
onus ⁊ ne inferatis per portaſ
ihrlm in die ſabbati: ſuccendā
ignē in portis ei⁹ et deuorabit

domos ih'lm: et nō extinguet·
Verbū qd factū XVIII
ē ad iheremiam a dño di-
cens· Surge et deſcende ī domū
figuli: ⁊ ibi audies verba mea·
Et deſcendi in domū figuli: et ec-
ce ipſe faciebat opus ſup rotā:
et diſſipatū eſt vas qd ipſe facie-
bat e luto manib; ſuis· Cōuer-
ſuſq; fecit illud vas alteꝝ: ſicut
placuerat in oculis ei⁹ ut face-
ret· Et factū ē verbū dñi ad me
dicens· Nunquid ſicut figulus
iſte nō potero vobis facere do-
m⁹ iſrl' ait dñs: Ecce ſicut lutū
in manib; figuli: ſic vos dom⁹
iſrahel in manu mea· Repente
loquar adūſum gētem et adū-
ſus regnū: ut eradicē et deſtruā
⁊ diſpdam illud· Si penitentiā
egerit gens illa a malo ſuo qd
locut⁹ ſum adūſus eam· agā
et ego penitentiā ſup malo qd
cogitaui ut facerē ei: et ſubito
loquar de gēte ⁊ regno: ut edifi-
cem et plantem illud· Si fecerit
malū in oculis meis ut nō au-
diat vocē meā: penitentiā agā
ſup bono qd locut⁹ ſum ut fa-
cerem ei· Nūc ego dic viro iuda
et habitatori ih'lm dicēs· Hec
dicit dñs· Ecce ego fingo ꝯtra
vos malū: et cogito cōtra vos
cogitationē· Reuertat' unuſqſ-
q; a via ſua mala: ⁊ dirigite vi-
as vrās et ſtudia vrā· Qui dix-
erūt· Deſperauim⁹· Poſt cogi-
tationes enim nr̄as ibimus: ⁊
unuſqſq; prauitatē cordis ſui
mali faciem⁹· Ideo hec dicit do-
minus· Interrogate gētes· Quis
audiuit talia horribilia: que fe-
cit nimis virgo iſrl'· Nunquid
deficiet de petra agri nix libani:
aut euelli poſſunt aque erum-
pētes frigide et defluētes: Quia
oblitus ē mei pplus meus· fru-
ſtra libātes et īpingētes in viis
ſuis· et ī ſemitis ſecli: ut ambu-
larēt per eas in itinere nō trito:
ut fieret t̄ra eoꝝ in deſolationē
et in ſibilū ſempiternū· Omnis
qui p̄terierit per eā obſtupeſcet:
⁊ mouebit caput ſuum· Sicut
ventus urens diſpgam eos co-
ram inimicis: dorſū ⁊ non faci-
em oſtendā eis in die pditionis
eoꝝ· Et dixerūt· Venite et cogi-
temus cōtra iheremiā cogitati-
ones· Nō eni pibit lex a ſacerdo-
te: neq; cōſiliū a ſapiēte: nec ſer-
mo a pphera· Venite et percutia-
mus eū lingua: et nō attenda-
mus ad uniūſos ſermones ei⁹
Attēde dñe ad me: ⁊ audi vocē
adūſarioꝝ meoꝝ· Nūquid red-
ditur pro bono malū: qa fode-
runt foueā aīe mee: Recordare
q̄ ſteterim in conſpectu tuo ut
loquerer pro eis bonū: et auer-
terem indignacōnē tuā ab eis·
Propterea da filios eorū in fa-

mē:⁊ deduc eos in manus gla-
dij. Fiāt uxores eoꝝ absq; libe-
ris ⁊ vidue:⁊ viri eaꝝ interficiā-
tur morte. Juuenes eoꝝ cōfodi-
ant̄ gladio in p̄lio:audiat̄ cla-
mor de domib; eoꝝ. Adduces e-
nim sup eos latronē repēte:q̄a
foderūt foueā ut caperent me:⁊
laqueos abscōderūt pedib; me-
is. Tu aūt dn̄e scis oē cōsiliū
eoꝝ adūsum me in morte. Ne
propicieris iniq̄tati eoꝝ:et pec-
catū eoꝝ a facie tua nō deleat̄.
Fiāt corruētes in cōspectu tuo:
ī tēpore furoris tui abutere eis.

Hec dicit dn̄s. XIX
Uade et accipe lagūculā
figuli testem a seniorib; pp̄li et
a seniorib; sacerdotū:⁊ egrede-
re ad vallē filiorū ennon que ē
iuxta introitū porte fictilis:⁊ p̄-
dicabis ibi verba q̄ ego loquor
ad te et dices. Audite verbū do-
mini reges iuda:⁊ habitatores
ih'rlm. Hec dicit dn̄s exercituū
deus isrl'. Ecce ego inducā afflic-
tionē sup locū istū. ita ut omis
q̄ audierit illā tinniāt aures eiꝰ
eo q dereliquerint me.⁊ alienū
fecerīt locū istū: et libauerūt in
eo diis alienis q̄s nescierūt ipsi
et p̄res eorū et reges iuda:et re-
pleuerūt locū istū sanguine in-
nocentū:et edificauerūt excelsa
baalim ad cōburendos filios
suos igni in olocaustū que nō
p̄cepi: nec locutꝰ sum nec ascē-
derūt in cor meū. Propterea ec-
ce dies veniēt dicit dn̄s: et non
vocabit̄ ampliꝰ locus iste tho-
phet ⁊ vallis filij ennō: sed val-
lis occisionis. Et dissipabo cō-
siliū iuda et ih'rlm in loco isto:
et subuertā eos gladio in con-
spectu inimicoꝝ suoꝝ ⁊ ī manu
querentiū aīas eoꝝ:et dabo ca-
dauera eoꝝ escas et volatilib;
celi ⁊ bestijs terre.⁊ ponā ciuita-
tem hāc in stuporē et in sibilū.
Omīs q̄ p̄terierit p eā obstupe-
scet:⁊ sibilabit sup uniūsa pla-
ga eius. Et cibabo eos carnib;
filioꝝ suoꝝ et carnib; filiaꝝ su-
arū:et unusquisq; carnē amici
sui comedet in obsidione et in
angustia in qua cōcludent eos
inimici eoꝝ:et qui querūt aīas
eoꝝ. Et cōteres lagunculam in
oc'lis viroꝝ q̄ ibūt tecū:⁊ dices
ad eos. Hec dicit dn̄s exercituū.
Sic cōteram pp̄lm istū et ciuita-
tem istā sicut cōterit̄ vas figuli
qđ non potest ultra instaurari
Et ī thophet sepelient̄:eo q nō
sit alius locꝰ ad sepeliēdū. Sic
faciā loco huic ait dn̄s et habi-
tatorib; eius: ut ponā ciuitatē
istā sicut thophet. Et erunt do-
mus ierusalem et domus re-
gum iuda sicut locus thophet
imūde: omēs domus in quaꝝ
domatib; sacrificauerūt omni

militie celi: et libauerūt libami=
dius. Vox clamoris de orona=
im: vaſtitas ⁊ cõtricio magna.
Cõtrita ẽ moab: annũciate cla=
morẽ paruulis eius. Per aſcen=
ſum enĩ luith plorãs aſcendet
in fletu: qm̃ ĩ deſcenſu oronaim
hoſtes vlulatũ ↄtritionis audi=
erunt. Fugite: ſaluate aĩas ve=
ſtras: et eritis quaſi mirice in de=
ſerto. Pro eo enĩ ꝙ habuiſti fi=
duciã in munitionibꝫ tuis ⁊ in
theſauris tuis: tu quoq̄ꝫ capie=
ris. Et ibit chamos in tranſmi=
grationẽ: ſacerdotes eius ⁊ p̄n=
cipes eius ſimul. Et veniet p̄do
ad omnẽ vrbem: ⁊ vrbs nulla
ſaluabit̃. Et peribunt valles: ⁊
diſſipabũt̃ cãpeſtria: qm̃ dixit
dñs. Date florẽ moab: q̄a flo=

rẽs egredie᷑: et ciuitates eius de=
ſerte erũt et inhabitabiles. Ma=
ledict' qui facit opus dñi frau=
dulẽter: ⁊ maledictus q̄ ꝓhibet
gladiũ ſuũ a ſanguine. Ferti=
lis fuit moab ab adoleſcẽtia ſu=
a: et requieuit ĩ fecibꝫ ſuis. Nec
trãſfuſus ẽ de vaſe in vas: et in
trãſmigrationẽ nõ abijt. Idcir=
co pmãſit guſtus eius in eo: et
odor ei' nõ ẽ immutatus. Prop=
terea ecce dies veniũt dicit dñs:
et mittã eis ordinatores et ſtra=
tores lagũculaꝝ ⁊ ſternẽt eum:
et vaſa eius exhaurient ⁊ lagun=
culas eoꝝ collidẽt. Et ↄfundet̃
moab a chamos: ſicut cõfuſa
eſt domus iſrl' a bethel in qua
habebat fiduciam. Quõ dicitiſ
fortes ſumus: ⁊ viri robuſti ad
p̄liandũ? Vaſtata eſt moab: et
ciuitates illius ſuccenderunt. et
electi iuuenes eius deſcenderunt
ĩ occiſionẽ ait rex: dñs exercitu=
um nomen eius. Prope eſt in=
teritus moab ut veniat: et ma=
lum ei' velocit̃ accurret nimis.
Cõſolamini eũ omnes q̄ eſtis in
circuitu eius. ⁊ vniũſi qui ſcitiſ
nomẽ eius dicite. Quõ ↄfracta
eſt virga fortis: baculus glori=
oſus? Deſcende de gloria. et ſede
ĩ ſiti habitatio filie dibon: quo=
niam vaſtator moab aſcendet
ad te. diſſipabit munitiões tu=
as. In via ſta: et ꝓſpice habita=

tio aroer. Interroga fugientē: et
eum qui euaſit. Dic. Quid acci-
dit: Cōfuſus eſt moab: quī vic-
tus eſt. Ululate et clamate. an-
nūciate in arnon quī vaſtata ē
moab: ⁊ iudiciū venit ad terrā cā-
peſtrē ſup elon ⁊ ſup iaſa ⁊ ſup
mefat et ſup dibō ⁊ ſup nabo
⁊ ſup domū deblathaī et ſup ca-
riathaim et ſup bethgamul et
ſup bethmaon ⁊ ſup carioth ⁊
ſup boſra ⁊ ſup omnes ciuitates
terre moab que lōge et ꝓpe ſūt.
Abſciſum eſt cornu moab: et
brachiū eiꝰ cōtritū ē ait dn̄s. In-
ebriate eū quī ꝯtra dn̄m erectus
eſt. Et allidet manū moab ī vo-
mitu ſuo: et erit in deriſum etiā
ipſe. Fuit enī in deriſum tibi iſ-
rahel: quaſi inter fures repperiſſes
eum. Propter verba ergo tua
q̄ aduſum illū locutꝰ es capti-
uus duceris. Relinquite ciuita-
tes et habitate in petra habita-
tores moab: et eſtote quaſi co-
lumba nidificans in ſummo
ore foramīs. Audiuimꝰ ſuper-
biā moab. Superbus eſt valde.
Sublimitatē eius ⁊ arrogātiā
et ſuperbiā ⁊ altitudinē cordis ei-
us ego ſcio ait dn̄s. Iactantiā
eius et q̄ nō ſit iuxta eā virtus
eiꝰ: nec iuxta qđ poterat cona-
ta ſit facere. Ideo ſup moab eiu-
labo: et ad moab vniūſam cla-
mabo et ad viros muri fictilis
lamētantes. De planctu iazer
plorabo tibi vinea ſabama.
Propagines tue trāſierūt ma-
re: uſq; ad mare iazer puenerūt
Super meſſem tuā ⁊ vindemiā
tuā predo irruit. Ablata eſt leti-
cia et exultatio de carmelo et de
terra moab: et vinū de torcula-
rib; ſuſtuli. Nequaq̄; calcator
vue ſolitū celeuma cātabit. De
clamore eſebō uſq; eleale et ia-
ſa dederūt vocē ſuā: a ſegor uſ-
q; ad oronaim vitulā cōſternā-
tē aque vero nemrim peſſime e-
runt. Et auferā de moab ait do-
minꝰ offerentē in excelſis: et ſa-
crificantē diis eius. Propterea
cor meū ad moab. quaſi tibia
rus reſonabit: ⁊ cor meū ad vi-
ros muri fictilis dabit ſonitū ti-
biarū. quia plus fecit q̄; potuit. id-
circo perierūt. Omne enī caput
caluiciū: et omnis barba raſa
erit. In cunctis manib; colliga-
tio: et ſup omne dorſum ciliciū.
Et ſup omnia tecta moab ⁊ in
plateis eiꝰ omnis planctus: quo-
niā ꝯtriui moab ſicut vas inuti-
le ait dn̄s. Quō victa eſt et ulu-
lauerūt: Quō deiecit ceruicē mo-
ab et cōfuſus eſt: Eritq; moab
in deriſum: ⁊ in exemplū omni-
b; ī circuitu ſuo. Hec dicit dn̄s.
Ecce quaſi aquila volabit: ⁊ ex-
tendet alas ſuas ad moab. Cap-
ta eſt carioth: ⁊ municiones cō-

prehenſe ſunt. Et erit cor fortiū
moab: in die illa ſicut cor mu-
lieris parturientis. Et ceſſabit
moab eſſe ꝑplus: qm̄ cōtra do-
minū gloriatꝰ eſt. Pauor ⁊ fo-
uea et laqueus ſup te o habita-
tor moab ait dn̄s. Qui fugerit
a facie pauoris cadet in foueā:
⁊ qui cōſcenderit de fouea capie-
tur laqueo. Adducā enī ſuper
moab annū viſitationis eorū
dicit dn̄s. In umbra eſebon ſte-
terūt de laqueo fugiētes. qa ig-
nis egreſſus eſt de eſebon et flā-
ma de medio ſeon. et deuorauit
partem moab et verticē filiorū
tumultus. Ve tibi moab. Pe-
riſti ꝑple chamos: qa cōprehen-
ſi ſunt filij tui et filie tue in cap-
tiuitatē. Et cōuertā captiuitatē
moab in nouiſſimis dieb; ait
dn̄s. Hucuſq; iudicia moab.

Ad filios āmon. XLVIIII

Hec dicit dn̄s. Numquid
non filij non ſunt iſrl' an heres
nō ē ei? Cur ergo hereditate poſ-
ſedit melchon gad. Et ꝑplus ei-
us in urbib; eiꝰ habitauit? Ideo
ecce dies veniēt in te dicit dn̄s:
⁊ auditū faciā ſup rabbath fili-
oꝝ āmon fremitū prelij. Et erit
in tumultū diſſipata: filieq; eiꝰ
igni ſuccendētur: et poſſidebit iſ-
rahel poſſeſſores ſuos ait dn̄s.
Vlula eſebō: qm̄ vaſtata ē hai.
Clamate filie rabbath: accingi-
te vos ciliciis. Plāgite et circui-
te ꝑ ſepes: qm̄ melchon in trāſ-
migrationē ducet: ſacerdotes
eius ⁊ pn̄cipes eiꝰ ſimul. Quid
gloriaris in vallibus? Defluxit
vallis tua filia delicata: q̄ cōfide-
bas ī theſauris tuis. ⁊ dicebas.
Quis veniet ad me? Ecce ego in-
ducā ſup te terrorē ait dn̄s deꝰ
exercituū ab omib; q̄ ſūt ī circu-
itu tuo: ⁊ diſꝑgemini ſinguli a
cōſpectu vro: nec erit qui ɔgre-
get fugiētes. Et poſt hec reuerti
faciā fugiētes et captiuos filio-
rū amon ait dn̄s. Ad ydume-
am. Hec dicit dn̄s exercituum.
Numquid non ultra eſt ſapiētia
in theman? Periit cōſiliū a fili-
is. Inutilis facta eſt ſapientia
eoꝝ. Fugite et terga vertite: de-
ſcendite in voraginē habitato-
res dedan: qm̄ ꝑditionem eſau
adduxi ſup eum: tempus viſi-
tationis eiꝰ. Si vindemiatores
eiꝰ veniſſent ſup te nō reliquiſ-
ſent racemū: ſi fures in nocte:
rapuiſſēt qđ ſufficeret ſibi. Ego
vero diſcooperui eſau: reuela-
ui abſcondita eius et celari nō
poterit. Vaſtatū eſt ſemē eius.
et frēs eius. et vicini eius: et nō
erit. Relinque pupillos tuos.
⁊ ego faciā illos viuere: ⁊ vidu-
e tue in me ſperabūt: qa hec di-
cit dn̄s. Ecce quib; nō erat iudi-
ciū ut biberēt calicem. bibentes

bibent: et tu quaſi innocēs reli-
queris? Nō eris innocēs: ſed bi-
bēs bibes. Quia ꝑ memetipſm̄
iuraui dicit dñs: qꝛ ī ſolitudinē
et in opprobriū et in deriſum et
ī maledictionē erit boſra: ⁊ oēſ
ciuitates eiꝰ erūt in ſolitudineſ
ſempiternas. Auditum audiui
a dño: et legatus ad gētes miſ-
ſus ſum. Cōgregamini et venite
cōtra eā: et cōſurgamꝰ in p̄liū.
Ecce enī paruulū dedi te in gēti-
bus: cōtemptibilē inter hoīes.
Arrogātia tua decepit te et ſup-
bia cordis tui: q̄ habitas in ca-
uernis petre: et apphendere nite-
ris altitudinē collis. Cum exal-
taueris quaſi aquila nidū tuū:
inde detrahā te dicit dñs. Et erit
ydumea deſerta. Omnis qui trāſ-
ibit per eam ſtupebit: et ſibila-
bit ſup omnes plagas eiꝰ: ſicut
ſubuerſa eſt zodoma ⁊ gomor-
ra et vicine eiꝰ ait dñs. Nō ha-
bitabit ibi vir: et nō incolet eā
filius hoīs. Ecce quaſi leo aſcē-
det de ſupbia iordanis ad pul-
critudinem robuſtā: q̄a ſubito
currere faciā eum ad illā. Et q̄s
erit electꝰ quē pponam ei? Quiſ
eſt ſimilis mei. Et q̄s ſuſtinebit
me? Et q̄s eſt iſte paſtor qui reſi-
ſtat vultui meo? Propterea au-
dite cōſiliū dñi qđ iniit de edom:
⁊ cogitationes eius quas cogi-
tauit de habitatoribꝫ theman.

Si nō deiecerit eos paruuli gre-
gis: niſi diſſipauerint cum eis
habitaculū eorum. A voce rui-
ne eoꝝ cōmota ē terra: clamor
in mari rubro auditus ē vocis
eiꝰ. Ecce quaſi aquila aſcendet:
et euolabit ⁊ expādet alas ſuaſ
ſuper boſram. Et erit cor fortiū
ydumee ī die illa. quaſi cor mu-
lieris parturiētis. Ad damaſcū.
Cōfuſa eſt emath et arfath: q̄a
auditū peſſimū audierūt. Tur-
bati ſunt ī mari p̄ ſolicitudine.
quieſcere nō potuit. Diſſoluta
eſt damaſcus: verſa ē in fugā:
tremor apphendit eam. Angu-
ſtia et dolores tenuerūt eā: qua-
ſi parturientem. Quō dereliquc-
rūt ciuitatē laudabilē: vrbē leti-
cie? Ideo cadent iuuenes eius in
plateis eius: et omnes viri p̄lii
cōticeſcent in die illa ait dñs ex-
ercituū. Et ſuccendā ignē ī mu-
ro damaſci. ⁊ deuorabit menia
benadab. Ad cedar ⁊ ad regna
aſor: q̄ pcuſſit nabuchodono-
ſor rex babilonis. Hec dicit do-
minus. Surgite ⁊ aſcendite ad
cedar: et vaſtate filios orientis
Tabernacula eoꝝ et greges eoꝝ
capient: pelles eoꝝ et oīa vaſa
eoꝝ et camelos eoꝝ tollēt ſibi:
et vocabūt ſup eos formidinē
in circuitu eiꝰ. Fugite: abite ve-
hementer: in voraginibꝫ ſedete
q̄ habitatis aſor ait dñs. Iniit

eni̅ ɔtra vos nabuchodonoſoꝛ
rex babilonis ɔ̄ſiliu̅: et cogita-
uit adu̅ſus vos cogitationes.
Conſurgite ꝛ aſcendite ad gēte̅
quietā: et habitātem ɔ̄fidenter
ait dn̄s. Nō oſtia nec vectes ei
ſoli habitabūt. Et erūt cameli
eoꝝ in direptionē: et multitudo
iumentoꝝ in predā ꝛ diſpgam
eos in omnē ventū qui ſunt at-
tonſi in comā: ꝛ ex omi̅ ɔ̄finio
eoꝝ adducā īteritū ſup eos ait
dn̄s. Et erit aſoꝛ in habitaculū
draconū: deſerta uſq; in eternū.
Nō manebit ibi uir: nec incolet
eam filius homīs. Qd̄ factū eſt
verbū dn̄i ad iheremiā pphetā
adūſus elam in pͥncipio regni
ſedechie regis iuda dicēs. Hec
dicit dn̄s exercituū. Ecce ego co-
fringā arcum elam et ſumam
formidinē eoꝝ: ꝛ inducā ſuper
elā q̄tuor ventos a q̄tuoꝛ plagis
celi. ꝛ ventilabo eos ī oēs ventos
iſtos: et nō erit gēs ad quā nō
perueniāt pfugi elam. Et pauere
faciā elam corā inimicis ſuis.
et in ɔ̄ſpectu querentiū animā
eoꝝ. Et adducā ſup eos malū:
iram furoris mei dicit dn̄s. Et
mittam poſt eos gladiū donec
conſumā eos: et ponam ſoliū
meū in elam: ꝛ perdā inde reges
ꝛ principes ait dn̄s. In nouiſſi-
mis aūt dieb; reuerti faciā cap-
tiuos elam dicit dn̄s. L

Verbū qd̄ locutus ē dn̄s de
babilone et de terra calde-
oꝝ: in manu iheremie pphete.
Annūciate in gentib; Et audi-
tum facite. Leuate ſignū: predi-
cate: ꝛ nolite celare. Dicite. cap-
ta eſt babilon. ɔ̄fuſus eſt bel:
victus eſt marodach. Confuſa
ſunt oīa ſculptilia eoꝝ: ſupe-
rata ſunt ydola eoꝝ. Quoniā
aſcendet ɔ̄tra eam gens ab aq̄-
lone: q̄ ponet terrā eius in ſoli-
tudinē: et non erit qui habitet
in ea ab homīe uſq; ad pecus.
Et moti ſunt: et abierūt. In die-
bus illis et in tempoꝛe illo ait
dn̄s. venient filij iſrl' ipi et filij
iuda ſimul. Ambulātes ꝛ flen-
tes pperabūt: et dn̄m deū ſuū q̄-
rent. In ſyon interrogabūt viā:
huc facies eoꝝ venient: et appo-
nentur ad dn̄m federe ſempiter-
no. qd̄ nulla obliuione delebit.
Grex perditus factus eſt pplus
meus: paſtoꝛes eoꝝ ſeduxerūt
eos: feceruntq; vagari in mōtib;
De mōte in collē tranſierūt: obli-
ti ſunt cubilis ſui. Omēs q̄ inue-
nerūt comederūt eos: et hoſtes
eoꝝ dixerūt. Nō peccauim⁹: p
eo q' peccauerūt dn̄o decori iu-
ſticie: ꝛ expectationē patrū eoꝝ
dn̄o. Recedite de medio babilo-
nis: de terra caldeoꝝ egredimini:
ꝛ eſtote quaſi hedi ante greges:
Qm̄ ecce ego ſuſcitabo ꝛ addu-

eam in babilonē ɔgregationē
gentiū magnarū de terra babi-
lonis· et ꝑparabūtur adūſus e-
am: ⁊ inde capietᷣ· Sagitta eiuſ
ꝗſi viri fortis īterfectoris: nō re-
uertetur vacua· Et erit caldea in
predā: oēs vaſtātes eā replebū-
tur ait dn̄s· Quoniā exultatis
et magna loquimī diripientes
hereditatē meā: quī effuſi eſtis
ſicut vituli ſup herbā: et mugi-
tis ſicut thauri· Cōfuſa eſt mat̄
vr̄a nimis: ⁊ adequata pulueri
q̄ genuit vos· Ecce nouiſſima
erit in gentib;: deſerta in via et
arens ab ira dn̄i· nō inhabita-
bitur: ſed redigetᷣ tota in ſolitu-
dinē· Omīs qui trāſibit per ba-
bilonē ſtupebit: ⁊ ſibilabit ſup
vniūſis plagis eius· Prepara
mini cōtra babilonē per circui-
tū· Omēs q̄ intenditis arcū de-
bellate eā: nō parcatis iaculis:
q̄a dn̄o peccauit· Clamate adū-
ſus eā· Vbiq; dedit manū· Ceci-
derūt fundamēta eius: deſtructi
ſunt muri eius: quī vltio dn̄i ē·
Vltionē accipite de ea· Sicut fe-
cit· facite ei· Diſꝑgite ſatorē de
babilone: et tenētem falcē in tē-
pore meſſis a facie gladij colū-
be· Vnuſq̄ſq; ad ꝑplm ſuū ɔu-
tetur: et ſinguli ad terrā ſuā fu-
gient· Grex diſꝑſus iſrl̄: leoneſ
eiecerūt eum· Primus comedit
eum rex aſſur: iſte nouiſſimus
exoſſauit eū nabuchodonoſor
rex babilonis· Propterea hec
dicit dn̄s exercituū· de⁹ iſrahel·
Ecce ego viſitabo regē babilo-
nis et t̄rā ei⁹ ſicut viſitaui regē
aſſur: ⁊ reducam iſrl̄ ad habita-
culū ſuū· Et paſcetᷣ carmelus ⁊
baſan: ⁊ in mōte ephraim ⁊ ga-
laad ſaturabitᷣ aīa eius· In die-
bus illis et in tēpore illo ait do-
min⁹ queretᷣ iniq̄tas iſrahel et
nō erit: et peccatum iuda et nō
īuenietᷣ: quī ꝑpici⁹ ero eis quoſ
reliquero· Sup t̄rā dn̄antiū aſ-
cende: et ſup habitatores eius
viſita· Diſſipa ⁊ interfice q̄ poſt
eos ſūt ait dn̄s: ⁊ fac iuxta oīa
que p̄cepi tibi· Vox belli in t̄ra:
et cōtricio magna· Quō cōfrac-
tus eſt· et cōtritus malleus vni-
uerſe terre: Quō verſa eſt in de-
ſertū babilon in gentib;: Illaq̄-
aui te et capta es babilon ⁊ ne-
ſciebas: inuēta es et apꝑhenſa:
quī dn̄m prouocaſti· Aperuit
dn̄s theſaurū ſuū ⁊ ꝓtulit vaſa
ire ſue: quī opus eſt dn̄o deo ex-
ercituū in terra caldeoꝝ· Venite
ad eā ab extremis terre finibus:
aperite ut exeāt qui cōculcēt eā·
Tollite de via lapides· et redigi-
te in aceruos: et interficite eam:
nec ſit quicq; reliquū· Diſſipate
vniūſos fortes eius: deſcendāt
in occiſionē· Ve eis q̄a venit di-
es eoꝝ: tēpus viſitationis eoꝝ·

Vox fugiẽtiũ et eoꝝ q̄ euaſerũt
de terra babilonis: ut annũciẽt
in ſyon ultionẽ dñi dei nr̃i: ulti-
onẽ templi eius. Annũciate in
babilonẽ plurimis: om̄ibꝫ qui
tendũt arcũ. Cõſiſtite aduerſuſ
eam ꝑ gyrũ: et nullus euadat.
Reddite ei ſcđm opus ſuũ: iux-
ta om̄ia que fecit facite illi. qui-
a cõtra dñm erecta eſt: aduũſum
ſanctũ iſrl'. Idcirco cadent iuue-
nes eius in plateis eiꝰ: et om̄es
uiri bellatores eius cõticeſcẽt in
die illa ait dñs. Ecce ego ad te
ſuꝑbe dicit dñs deus exercituũ:
q̄a uenit dies tuꝰ: tẽpꝰ uiſitatio-
nis tue. Et cadet ſuꝑbus et cor-
ruet: et non erit q̄ ſuſcitet eum.
Et ſuccendã ignẽ in urbibꝫ eiꝰ:
et deuorabit om̄ia in circuitu ei-
us. Hec dicit dñs exercituũ. Ca-
lumniã ſuſtinent filij iſrl' ꝛ filij
iuda ſimul. Om̄es q̄ ceperũt eoſ
tenent: nolũt dimittere eos. Re-
demptor eorũ fortis: dñs exerci-
tuũ nomẽ eiꝰ. Iudicio defendet
cauſam eorum: ut exterreat ter-
ram et cõmoueat habitatores
babilonis. Gladiꝰ ad caldeos
ait dñs: ꝛ ad habitatores babi-
lonis et ad ꝑncipes ꝛ ad ſapiẽ-
tes eiꝰ. Gladiꝰ ad diuinos eiꝰ:
q̄ ſtulti erũt. Gladius ad forteſ
illius: q̄ timebũt. Gladius ad
equos eius. et ad currus eius.
et ad om̄e uulgus eius qđ ẽ in
medio eius: ꝛ erũt quaſi mulie-
res. Gladius ad theſauros eiꝰ:
q̄ diripiẽt. Siccitas ſuꝑ aq̄s eiꝰ
erit ꝛ areſcẽt: q̄a terra ſculptiliũ
eſt: ꝛ in portentis: gloriantur.
Propterea habitabunt draco-
nes cum fatuis ficarijs: ꝛ habi-
tabũt in ea ſtruciones. Et non
inhabitabit̃ ultra uſq; ĩ ſempi-
ternũ: nec extruet̃ uſq; ad gene-
rationẽ et generationẽ. Sicut
ſubuertit dñs ſodomam et go-
morrã ꝛ uicinos eius. ait dñs.
Non habitabit ibi uir: ꝛ nõ in-
colet eã filiꝰ hominis. Ecce ꝑpluſ
ueniet ab aquilone ꝛ gens ma-
gna: et reges magni cõſurgẽt
a finibꝫ terre. Arcũ et ſcutũ apꝑ-
hendent: crudeles ſunt ꝛ im̄iſeri-
cordes. Vox eoꝝ quaſi mare ſo-
nabit. et ſuꝑ equos aſcendent
ſicut uir paratꝰ ad preliũ cõtra
te filia babilonis. Audiuit rex
babilonis famã eoꝝ: ꝛ diſſolu-
te ſũt manꝰ eiꝰ. Anguſtia apꝑ-
hendit eũ: dolor quaſi parturi-
entẽ. Ecce q̄ſi leo aſcendet de ſu-
ꝑbia iordanis ad pulcritudinẽ
robuſtã: q̄a ſubito currere faci-
am eũ ad illã. Et q̄s erit electuſ
quem ꝓponam ei? Quis eñ ſiliſ
mei: ꝛ q̄s ſuſtinebit me? Et q̄s ẽ
iſte paſtor: q̄ reſiſtat uultui me-
o? Propterea audite cõſiliũ do-
mini qđ mẽte cõcepit aduũſum
babilonẽ: et cogitationes eiuſ

quas cogitauit ſup terrā calde-
orū. Niſi detraxerit eos paruuli
gregū: niſi diſſipatū fuerit cū ip-
ſis habitacl'm eorꝫ. A voce cap-
tiuitatis babilonis cōmota eſt
terra: ⁊ clamor inter gentes au
ditus eſt.

LI

Hec dicit dn̄s. Ecce ego ſuſ-
citabo ſup babilonē. ⁊ ſu-
per habitatores eiꝰ q̄ cor ſuū le-
uauerūt cōtra me quaſi ventū
peſtilentē. ⁊ mittā ī babilonē vē-
tilatores et ventilabūt eam. Et
demoliētur terrā eius: quī vene-
runt ſup eam vndiqꝫ in die af-
flictionis eius. Nō tendat q̄ tē-
dit arcū ſuū: ⁊ nō aſcendet lori-
catus. Nolite parcere iuuenibꝫ
eiꝰ: interficite omnē miliciā eiꝰ.
Et cadent interfecti in terra calde-
orū: vulnerati in regionibꝫ eiꝰ.
Quī nō fuit viduatꝰ iſrahel et
iuda a dn̄o deo ſuo: dn̄o exerci-
tuū. Terra aūt eorū repleta ē de-
licto a ſcō iſrl'. Fugite de me-
dio babilonis: ut ſaluet vnuſ-
quiſqꝫ aīam ſuā. Nolite tacere
ſup iniq̄tatem eiꝰ: quī tempus
vltionis eius ē dn̄o: viciſſitudi-
nem ipſe retribuet ei. Calix au
reus babilon in manu dn̄i: in-
ebriās omnē t̄rā. De vino eiuſ
biberūt gentes: et ideo cōmote
ſunt. Subito cecidit babilon:
et cōtrita eſt. Vlulate ſup eam:
tollite reſinā ad dolorē eiꝰ ſi for
te ſanet᷑. Curauimꝰ babilonē:
et nō ē ſanata. Derelinquamꝰ
eam: et eamus vnuſquiſqꝫ in t̄-
rā ſuā. Quī peruenit uſqꝫ ad ce-
los iudiciū eius: et eleuatū ē uſ-
qꝫ ad nubes. Protulit dn̄s iu-
ſticias nr̄as: venite et narremꝰ
in ſyon opus dn̄i dei nr̄i. Acui-
te ſagittas: et īplete pharetras.
Suſcitauit dn̄s ſpiritū regum
medorꝫ: et cōtra babilonē mēſ
eius ē: ut pdat eam. Quī vltio
dn̄i eſt: vltio tēpli ſui. Sup mu-
ros babilonis leuate ſignum:
augete cuſtodiā. Leuate cuſto-
des: p̄parate inſidias: q̄a cogi-
tauit dn̄s ⁊ fecit quecūqꝫ locu-
tus eſt cōtra habitatores babi
lonis. Que habitas ſup aquaſ
multas locuples in theſauris:
venit finis tuus: pedalis p̄ciſio-
nis tue. Iurauit dn̄s exercituū p
aīam ſuā: quī replebo te homi-
nibꝫ quaſi brucho: ⁊ ſuper te ce-
leuma cantabit᷑. Qui fecit terrā
in fortitudine ſua: p̄parauit or-
bem in ſapiētia ſua: ⁊ prudētia
ſua extendit celos. Dāte eo vo-
ces: multiplicant᷑ aque in celo.
Qui leuat nubes ab extremo t̄-
re: fulgura in pluuiā fecit: et p-
duxit ventos de theſauris ſuis.
Stultꝰ factus eſt omīs homo
a ſciētia: ꝯfuſus eſt omīs con
flator ī ſculptili. Quia mendax
eſt cōflatio eius: nec eſt ſpiritꝰ ī

eis· Vana ſunt opa et riſu dig-
na: in tempore viſitaconis ſue
peribūt· Non ſicut hec pars ia-
cob· Quia q̄ fecit om̄ia ipſe eſt:
et iſrl̄ ſceptrū hereditatis ei⁹: do-
minus exercituū nomen eius·
Collidis tu michi vaſa belli: et
ego collidā in te gentes: ⁊ diſp-
dā ī te regna· Collidā ī te equū
et equitē eius: et collidā ī te cur-
rum et aſcenſorē eius· ⁊ collidā
in te virū et mulierē· Et collidā
ī te ſenem et puerū: ⁊ collidā in
te iuuenē et virginē· Et collidā
in te paſtorē et gregem eius: et
collidā in te agricolā· ⁊ iugales
eius· Et collidam in te duces ⁊
magiſtrat⁹: et reddā babiloni
et cunctis habitatoribꝫ caldeo-
rum om̄e malū ſuū· qd̄ fecerūt
in ſyon in oculis vr̄is ait dn̄s·
Ecce ego ad te mōs peſtifer ait
dn̄s: qui corrumpis vniūſam
terrā· Et extendā manū meam
ſuper te et euoluā te de petris: ⁊
dabo te ī mōtem cōbuſtionis·
Et nō tollā de te lapidem in an-
gulū ⁊ lapidē in fundamenta:
ſed pditus in eternū eris ait do-
minus· Leuate ſignū in terra:
clāgite bucina in nacōibꝫ· Sāc-
tificate ſup eā gentes: annūcia-
te contra illam regibꝫ ararath
menni et aſcenez: numerate cō-
tra eā tapſar· Adducite equū
quaſi bruchū aculeatū· Sanc-
tificate contra eam gētes: reges
medie· duces eius· et vniuerſos
magiſtratus eius: cunctamqꝫ
terrā poteſtatis ei⁹· Et cōmoue-
bitur terra et cōturbabit̄: quia
euigilauit contra babilonē co-
gitatio dn̄i: ut ponat terrā ba-
bilonis deſertā ⁊ inhabitabilē·
Ceſſauerūt fortes babilonis a
p̄lio: habitauerūt in preſidijs·
Deuoratū eſt robor eoꝝ: et fac-
ti ſunt quaſi mulieres· Incenſa
ſunt tabernacula eius: contriti
ſunt vectes eius· Currēs obuiā
currenti veniet et nūcius obui⁹
nūciāti: ut annūciet regi babi-
lonis q̄a capta eſt ciuitas eius
a ſummo uſqꝫ ad ſummum:
et vada preoccupata ſunt· Et
paludes incenſe ſunt igni: et vi-
ri bellatores cōturbati ſunt: q̄a
hec dicit dn̄s exercituū de⁹ iſrl̄·
Filia babilonis quaſi area: tē-
pus triture eius· Adhuc modi-
cum: et veniet temp⁹ meſſionis
ei⁹· Comedit me: deuorauit me
nabuchodonoſor rex babilonis
Reddidit me quaſi vas inane·
Abſorbuit me q̄ſi draco: reple-
uit ventrē ſuū teneritudine me-
a: ⁊ eiecit me· Iniq̄tas aduſum
me· et caro mea ſup babilonē
dicit habitatio ſyon: ⁊ ſanguis
meus ſup habitatores caldee
dicit ihr̄lm· Propt̄ea hec dicit
dn̄s· Ecce ego iudicabo cauſā

tuā: ⁊ ulciſcar ultionem tuā. Et
deſertū faciā mare eius: et ſicca-
bo uenā eius. Et erit babilō in
tumulos: habitatio draconū
ſtupor et ſibilus: eo ꝙ non ſit
habitator. Simul ut leones ru-
gient: excutient comas ueluti ca-
tuli leonū. In calore eoꝝ ponā
potus eoꝝ: ⁊ inebriabo eos ut
ſopiantur ⁊ dormiant ſomnū
ſempiternū: ⁊ non cōſurgāt di-
cit dn̄s. Deducā eos q̄ſi agnos
ad uictimā: et quaſi arietes cū
hedis. Quō capta eſt ſeſach. et
cōprehenſa ē inclita uniu̇ſe ter-
re: Quō facta ē in ſtuporem ba-
bilon inter gentes: Et aſcendit
ſup babilonē mare: multitudi-
ne fluctuū eius operta eſt. Fac-
te ſunt ciuitates eius ī ſtuporē:
t̄ra inhabitabilis et deſerta: t̄ra
in qua nullus habitet nec tran-
ſiet per eam filius hoīs. Et uiſi-
tabo ſup bel in babilone: et ei-
ciam qđ abſorbuerat de ore ei⁹:
et nō cōfluent ad eam ultra gē-
tes. Siquidē et murus babilo-
nis corruet. Egredimini de me-
dio eius ppl's meus: ut ſaluet
unuſquiſq; animā ſuā ab ira
furoris dn̄i. Et ne forte molleſ-
cat cor ur̄m: et timeatis auditū
qui audiet in terra. Et ueniet in
anno auditio. et poſt hūc ānū
auditio et iniq̄tas in terra: ⁊ do-
minator ſup dn̄atorem. Prop-
terea ecce dies ueniunt. et uiſita-
bo ſup ſculptilia babilonis: et
omīs terra eius cōfundet̄: ⁊ uni-
uerſi interfecti eius cadēt in me-
dio ei⁹. Et laudabūt ſup babi-
lonē celi et terre et omīa que in
eis ſunt: q̄a ab aq̄lone uenient
ei predones ait dn̄s. Et quō fe-
cit babilon ut caderēt occiſi in
iſrl': ſic de babilone cadēt occiſi
in uniu̇ſa t̄ra. Qui fugitis gla-
diū uenite: nolite ſtare. Recor-
damini ꝓcul dn̄i: et ih'r'lm aſcē-
dat ſup cor ur̄m. Cōfuſi ſum⁹:
quoniā audiuim⁹ obprobriū.
Operuit ignominia facies no-
ſtras: q̄m uenerūt alieni ſuper
ſāctificationē dom⁹ dn̄i. Prop-
terea ecce dies ueniūt ait dn̄s. ⁊
uiſitabo ſup ſculptilia eius: et
in omī terra ei⁹ mugiet uulne-
rat⁹. Si aſcenderit babilon in
celū ⁊ firmauerit ī excelſo robur
ſuū: a me uenient uaſtatores ei⁹
ait dn̄s. Vox clamoris de babi-
lone. ⁊ cōtritio magna de terra
caldeoꝝ: q̄m uaſtauit dn̄s babi-
lonē et ꝑdidit ex ea uocē mag-
nā: et ſonabūt fluctus eoꝝ q̄ſi
aque multe. Dedit ſonitū uox
eoꝝ: q̄a uenit ſup eam id eſt ſu-
p babilonē predo. Et apprehen-
ſi ſunt fortes eius: et emarcuit
arcus eoꝝ: q̄a fortis ultor dn̄s
reddēs retribuet. Et inebriabo
ꝓ̄ncipes eius ⁊ ſapiētes ei⁹: du-

res eiꝰ ⁊ magiſtratꝰ eius et for-
tes eius. Et dormiēt ſomnum
ſempiternū: ⁊ nō expergiſcētur
ait rex: dn̄s exercituū nomē eiꝰ.
Hec dicit dn̄s exercituū. Murꝰ
babilonis ille altiſſimꝰ ſuffoſſi-
one ſuffodietᷣ: ⁊ porte eius excel-
ſe igne cōburentᷣ: et labores po-
pulorū ad nichilū et gentiū in
ignē erūt et diſperibūt. Verbū
qd̄ precepit iheremias ꝓpheta ſa-
raye filio nerie filij maaſie. cū
pergeret cū ſedechia rege in ba-
bilonem: ī āno quarto regni ei-
us. Saraias autē erat princeps
prophetie. Et ſcripſit iheremiaſ
omne malū qd̄ venturū erat ſup
babilonē in libro uno: omnia
verba hec que ſcripta ſunt con-
tra babilonē. Et dixit iheremiaſ
ad ſarayā. Cum veneris in ba-
bilonē ⁊ videris ⁊ legeris omnia
verba hec dices. Dn̄e tu locutꝰ es
cōtra locū iſtū ut diſperderes eū:
ne ſit q̄ in eo habitet ab homine
uſq; ad pecus: ⁊ ſit perpetua ſo-
litudo. Cūq; cōpleueris legere li-
brū iſtū: ligabis ad eū lapidem
et ꝓicies illū in mediū eufratē:
⁊ dices. Sic ſubmergetᷣ babilō:
⁊ non cōſurget a facie afflictio-
nis quā ego adduco ſup eam:
et diſſoluetᷣ. Hucuſq; verba ihe-
remie.

LII

Filius viginti et uniꝰ anni erat ſe-
dechias cum regnare cepiſſet: et
undecim annis regnauit in ihe-
ruſalē. Et nomen mr̄is eiꝰ ami-
thal: filia iheremie de lobna. Et
fecit malū ī oculis dn̄i iuxta oīa
que fecerat ioachim: qm̄ furor
dn̄i erat in ih̄rlm et ī iuda uſq;
quo ꝓiceret eos a facie ſua. Et
receſſit ſedechias a rege babilo-
nis. Factum eſt autē in āno no-
no regni eius in menſe decimo.
decima die menſis venit nabu-
chodonoſor rex babilonis ipſe
⁊ omnis exercitus eius aduerſuſ
ih̄rlm et obſederūt eā: ⁊ edifica-
uerunt cōtra eā municiones in
circuitu: et fuit ciuitas obſeſſa
uſq; ad undecimū annū regni
ſedechie. Menſe autē quarto no-
na die menſis obtinuit fames
ciuitatē: et nō erāt alimēta po-
pulo terre. Et dirupta eſt ciuitas.
et omnes viri bellatores eius fu-
gerūt: exierūtq; de ciuitate noc-
te per viā porte que eſt inter du-
os muros ⁊ ducit ad ortum re-
gis caldeis obſidentibȝ urbē in
giro: et abierūt per viā que du-
cit ī heremū. Perſecutꝰ eſt autē
caldeorū exercitus regē: et apprehē-
derūt ſedechiā in deſerto quod ē
iuxta ihericho: et omnis comita-
tus eius diffugit ab eo. Cumq;
cōprehēdiſſent regē adduxerūt
eū ad regē babilonis in rebla-
tha que eſt in terra emath: et lo-
cutus eſt ad eū iudicia. Et iugu-

lauit rex babilonis filios ſede-
chie in oculis eius: ſed et omēs
principes iuda occidit in rebla-
tha. Et oculos ſedechie eruit: ⁊
vinxit eū in cōpedibꝫ. Et addux-
it eum rex babilonis in babilo-
nem: et poſuit eū in domo car-
ceris uſqꝫ ad diem moꝛtis eius.
In menſe autē q̄nto · decima mē-
ſis · ipſe eſt ānus decim⁹ nonus
nabuchodonoſoꝛ regis babilo-
nis: venit nabuzardan p̄nceps
milicie qui ſtabat coram rege
babilonis in ihrl'm: et incendit
domū dn̄i et domū regis et oēs
domus ihrl'm et omnē domum
magnā igne combuſſit: ⁊ totū
murū ihrl'm per circuitū deſtrux-
it cunctus exercitus caldeoꝝ qui
erat cum magiſtro milicie. De
pauperibꝫ autē pp̄li ⁊ de reliquo
vulgo qđ remāſerat in ciuitate
et de pfugis q̄ trāſfugerāt ad re-
gem babilonis et ceteros de mul-
titudine · trāſtulit nabuzardan
p̄nceps milicie: de pauperibus
vero terre reliq̄t nabuzardā prin-
ceps milicie vinitoꝛes et agrico-
las. Colūnas quoqꝫ ereas que
erāt in domo dn̄i ⁊ baſes ⁊ ma-
re eneū qđ erat ī domo dn̄i ↄfre-
gerūt caldei: et tulerūt omne es e-
oꝝ ī babilonē. Et lebetes ⁊ crea-
gras ⁊ pſalteria ⁊ fialas ⁊ moꝛ-
tariola ⁊ oīa vaſa erea q̄ in mi-
niſterio fuerāt tulerūt: et ydrias

⁊ thimiamateria ⁊ urceos ⁊ pel-
ues et cādelabra et moꝛtaria et
cyatos. Quotq̄t aurea aurea:
et q̄tq̄t argētea argentea. Tulit
magiſter milicie colūnas duas
et mare unū · et vitulos duode-
cim ereos q̄ erāt ſub baſibꝫ: q̄s
fecerat rex ſalomō in domo do-
mini. Nō erat pōdus eris oīm
vaſoꝝ hoꝝ. De colūnis autē: de-
cem et octo cubiti altitudinis e-
rāt in colūna una: et funiculus
duodecim cubitoꝝ circuibat eā.
Porro groſſitudo ei⁹ quatuoꝛ
digitoꝝ: et intrinſec⁹ caua erāt:
et capitella ſup utrāqꝫ erea. Al-
titudo capitelli unius quīqꝫ cu-
bitoꝝ: et reticula et malagra-
nata ſupra coronā in circuitū:
oīa erea. Et fuerūt malagra-
nata nonaginta ſex dependencia:
et oīa malagranata centum
reticulis circūdabant. Et tulit
magiſter milicie ſaraim ſacdo-
tem primū: et ſophoniā ſacdo-
tem ſcd̄m: et tres cuſtodes veſti-
buli. Et de ciuitate tulit eunuch-
um unū q̄ erat ꝓpoſitus ſup vi-
ros bellatoꝛes: ⁊ ſeptē viros de
hiis qui videbāt faciē regis qui
inuēti ſunt in ciuitate: et ſcribā
p̄ncipem militū q̄ ꝓbabat tyro-
nes: et ſexaginta viros de pp̄lo
terre qui inuēti ſūt ī medio ciuita-
tis. Tulit autē eos nabuzardā
magiſter milicie: et duxit eos

ad regē babilonis in reblatha.
Et percuſſit eos rex babilonis: ⁊
interfecit eos in reblatha in terra
emath. Et tranſlatus ē iuda de
terra ſua. Iſte eſt pplꝰ quē trāſ-
tulit nabuchodonoſor in āno
ſeptimo: iudeos tria milia. et vi-
gintitres. In anno octauodeci-
mo nabuchodonoſor trāſtulit
de ihrl'm aīas octingētaſtrigin-
taduas. In āno viceſimotercio
nabuchodonoſor trāſtulit na-
buzardā magiſter milicie aīaſ
iudeorū ſeptingētas quadragī-
ta q̄nq;. Omnes ergo aīe: qua-
tuor milia ſexcente. Et factū eſt
in triceſimoſeptimo anno trāſ-
migrationis ioachin regis iu-
da duodecimo menſe viceſima
quīta mēſis eleuauit euilmero-
dach rex babilonis ipſo anno
regni ſui caput ioachī regis iu-
de. et eduxit eum de domo carce-
ris: ⁊ locutus eſt cum eo bona.
Et poſuit thronū eiꝰ ſuper thro-
nos regū qui erāt poſt ſe in ba-
bilonē: et mutauit veſtimenta
carceris eius: et comedebat pa-
nem corā eo ſemp cunctis dieb;
vite ſue. Et cibaria eius cibaria
perpetua dabātʳ ei a rege babi-
lonis ſtatuta p ſingulos dies:
uſq; ad diē mortis ſue cunctis
diebus vite eius. Incipiunt la-
mentaciones ieremie que cy-
noth hebraice inſcribuntur.

Et factū ē poſt
q̄; ī captiuita-
tē redactꝰ ē iſrl'
et ihrl'm deſer-
ta ē: ſedit ihere-
mias ꝓpheta
flens ⁊ plāxit lamētatione hac
ī ihrl'm: ⁊ amaro animo ſuſpi-
rans et eiulans dixit. Aleph.
Quomodo ſedet ſola ciuitas
plena ꝓplo. Facta ē q̄ſi vidua
dn̄a gentiū: ꝓnceps ꝓuinciar;
facta ē ſub tributo. Beth. Plo-
rans plorauit in nocte: et lacri-
me eius in maxillis eius. Non
eſt qui cōſoletʳ eam: ex omnibus
caris eius. Omnes amici eius
ſpreuerūt eā: et facti ſunt ei ini-
mici. Gimel. Migrauit iudas
propt' afflictionē ⁊ multudinē
ſeruitutis. Habitauit inter gē-
tes: nec inuenit requiē. Omnes
pſecutores eius apprehenderunt
eam inter anguſtias. Deleth
Vie ſyon: eo q' non ſint qui ve-
niant ad ſolēnitatem. Omnes
porte eius deſtructe: ſacerdotes
eius gementes. Virgines eius
ſqualide: et ipa oppreſſa amari-
tudine. He Facti ſunt hoſtes
eius in capite: ⁊ inimici eius lo-
cupletati ſūt: q̄a dn̄s locutꝰ eſt
ſup eā ꝓpter multitudinem ini-
quitatū eius. Paruuli eius du-
cti ſūt ī captiuitatē: āte faciem
tribulātis. Vau. Et egreſſus

eſt a filia ſyon omīs decor eius.
Facti ſūt pncipes ei⁹ velut arie-
tes nō inueniētes paſcua: ⁊ abi-
erūt abſq; fortitudine āte faciē
ſubſequētis. Zay Recordata
eſt ihrlm dierū afflictionis ſue.
⁊ pūaricationis oīm deſiderabi-
liū ſuorū. q̄ habuerat a diebus
antiquis: cum caderet pplus ei⁹
in manu hoſtili: ⁊ nō eſſet auxi-
liator. Viderunt eam hoſtes: et
deriſerunt ſabbata eius. Heth
Peccatū peccauit ihrlm: prop-
terea inſtabilis facta eſt. Omēs
qui glorificabāt eā ſpreuerunt
illā: q̄a viderūt ignominiā ei⁹.
Ipſa aūt gemēs: et conuerſa re-
trorſum. Theth Sordes eius
in pedib; eius: nec recordata ē
finis ſui. Depoſita ē vehemēter:
nō habēs ꝯſolatorē. Vide dn̄e
afflictionē meā: qm̄ erect⁹ ē ini-
mic⁹. Joth Manū ſuā miſit
hoſtis ad omīa deſiderabilia ei-
us: quia vidit gentes ingreſſas
ſanctuariū ſuū: de quib; p̄cepe-
ras ne intrarent in eccleſiā tuā.
Caph Omīs pplˢ ei⁹ gemēs:
⁊ querēs panē. Dederūt precio-
ſa queq; p cibo: ad refocillādā
animam. Vide dn̄e et cōſidera:
qm̄ facta ſum vilis. Lamech O
vos omēs qui trāſitis p viā at-
tendite et videte: ſi ē dolor ſicut
dolor meus. Qm̄ vindemiauit
me ut locut⁹ eſt dn̄s: in die ire
furoris ſui. Mem De excelſo
miſit ignem in oſſibus meis: ⁊
erudiuit me. Expādit rethe pedi-
bus meis: cōuertit me retrorſū.
Poſuit me deſolatam: tota die
merore cōfectam. Nun Vigi-
lauit iugū iniquitatū mearū in
manu eius: ꝯuolute ſunt ⁊ im-
poſite collo meo. Infirmata eſt
virtus mea: dedit me dn̄s ī ma-
nū de qua non potero ſurgere.
Samech Abſtulit omēs ma-
gnificos meos dn̄s de medio
mei: vocauit adūſum me tēp⁹:
ut cōtereret electos meos. Torcu-
lar calcauit dn̄s virgini filie iu-
da. Ayn Idcirco ego plorans
et oculus me⁹ deducēs aquas:
quia lōge fact⁹ eſt a me cōſola-
tor: cōuertēs aīam meā. Facti
ſunt filii mei pditi: qm̄ inualu-
it inimicus. Phe Expādit ſy-
on man⁹ ſuas: nō eſt q̄ cōſole-
tur eam. Mādauit dn̄s aduſū
iacob: in circuitu eius hoſtes ei-
us. Facta eſt ihrlm q̄ſi polluta
menſtruis inter eas. Sade Iu-
ſtus eſt dn̄s: q̄a os ei⁹ ad iracū-
diā pūocaui. Audite obſecro
vniūſi ppli: ⁊ videte dolorē meū
Virgines mee et iuuenes mei
abierūt in captiuitatem. Coph
Vocaui amicos meos: ⁊ ipi de-
ceperūt me. Sacerdotes mei et
ſenes mei ī urbe ꝯſumpti ſunt:
q̄a queſierūt cibū ſibi ut refocil-

larēt aīas ſuas· Res Vide dn̄e
qm̄ tribulor: tribulat⁹ eſt vēter
meus· Subuſum ē cor meū in
memetipā: quoniā amaritudi=
ne plena ſum· Foris interficit
gladius: et domi mors ſimilis
ē· Sin Audierūt q̄a ingemiſco
ego: ⁊ nō eſt q̄ cōſolet̄ me· Om=
nes inimici mei audierunt ma=
lum meū: letati ſunt qm̄ tu feci=
ſti· Adduxiſti diē cōſolationis:
et fient ſiles mei· Thau Ingre=
diat̄ omne malū eoꝝ corā te: ⁊
deuindemia eos ſicut vindemia=
ſti me ꝓpt̄ oēs iniq̄tates meas·
Multi eīn gemit⁹ mei: ⁊ cor me=
um merens· Aleph
Quomodo obtexit caligine
in furore ſuo dn̄s filiam ſyon·
Proiecit de celo in terrā inclitā
iſrl': et nō eſt recordat⁹ ſcabelli
pedum ſuoꝝ in die furoris ſui·
Beth Precipitauit domin⁹ nec
pepcit omia ſpecioſa iacob: de=
ſtruxit ī furore ſuo municiones
virginis iuda et deiecit in terrā:
polluit regnū et p̄ncipes eius·
Gymel Cōfregit in ira furoris
ſui omē cornu iſrahel: auertit
retrorſum dexterā ſuā a facie in=
imici: et ſuccendit in iacob qua=
ſi ignē flāme deuorātis in giro·
Deleth Tetendit arcū ſuū qua=
ſi inimicus: firmauit dexterā ſu=
am quaſi hoſtis: et occidit om=
ne qd̄ pulcrum erat viſu· In ta=
bernaculo filie ſyon effudit q̄ſi
ignē indignationē ſuā· He
Factus eſt dn̄s velut inimic⁹·
precipitauit iſrl'· Precipitauit
oīa menia eius: diſſipauit mu=
niciones eius: ⁊ repleuit in filia
iuda humiliatū et humiliatā·
Vau Et diſſipauit quaſi ortū
tentoriū ſuū: demolitus ē taber=
naculū ſuū· Obliuioni tradi=
dit dn̄s in ſyon feſtiuitatē ⁊ ſab=
batū: et in obprobriū et indig=
natonē furoris ſui regē ⁊ ſacer=
dotem· Zay Repulit dn̄s alta=
re ſuū: maledixit ſanctificatio=
ni ſue: tradidit ī man⁹ inimici
muros turriū eius· Vocē dede=
runt in domo dn̄i: ſicut ī die ſo=
lemni Heth Cogitauit dn̄s diſ=
ſipare murū filie ſyon: tetendit
funiculū ſuū ⁊ non auertit ma=
nū ſuā a pdicione· Luxitq; āte
murale: et mur⁹ parit diſſipa=
tus eſt· Theth Defixe ſunt in t̄=
ra porte eius: pdidit et cōtriuit
vectes eius: et regē eius et p̄nci=
pes eius in gentib;· Nō eſt lex:
⁊ ꝓphete eius nō inuenerūt viſi=
onē a dn̄o Ioth Sederūt in t̄=
ra: conticuerūt ſenes filie ſyon:
cōſperſerunt cinere capita ſua·
Accincti ſunt ciliciis· Abierūt
ī t̄ra capita ſua virgines iheru=
ſalē· Caph Defecerūt p̄ lacri=
mis oculi mei: cōturbata ſunt
viſcera mea· Effuſum eſt in t̄ra

iecoꝛ meū ſup ↄtricōnē filie po-
puli mei: cū deficeret paruulus
et lactēs ī plateis oppidi. Lamech
Matribus ſuis dixerūt ubi ē tri-
ticū et vinū: cum deficerēt quaſi
vulnerati ī plateis ciuitatis: cū
exalarēt aīas ſuas in ſinu ma-
trū ſuaꝝ. Mem Cui cōparabo
te. vel cui aſſimilabo te filia ihe-
ruſalē: Cui exequabo te. et cōſo-
laboꝛ te virgo filia ſyon: Mag-
na eſt enī velut mare ↄtritio tua.
Quis medebit tui: Nun Pro-
phete tui viderūt tibi falſa ⁊ ſtul-
ta: nec aperiebāt iniq̄tatē tuā:
ut te ad penitentiā ꝓuocarent.
Viderūt aūt tibi aſſumptiones
falſas et eiectiones. Sameth
Plauſerūt ſup te manib; omēs
trāſeūtes per viā: ſibilauerunt
⁊ mouerūt capita ſua ſup filiā
ihr̄lm: hec cine eſt urbs dicentes
pfecti decoris: gaudiū uniūſe t-
re. Phe Aperuerūt ſup te os
ſuū omēs inimici tui: ſibilaue-
rūt et fremuerūt dentib; ſuis: et
dixerūt deuorabimus. Ec.
Iſta eſt dies quā expectabam⁹:
inuenimus. vidimus. Ayn
Fecit deus que cogitauit: com-
pleuit ſermonē ſuū quē p̄cepe-
rat a dieb; antiq̄s. Deſtruxit et
nō pepercit: letificauit ſup te in-
imicū: ⁊ exaltauit cornu hoſtiū
tuoꝝ. Sade Clamauit cor eo-
rum ad dn̄m: ſup muros filie
ſyon. Deduc quaſi torrentem lacri-
mas per diē et nocte: nō des re-
quiem tibi: neq; taceat pupilla
oculi tui. Coph Cōſurge: lau-
da in nocte ī p̄ncipio vigiliaꝝ:
effunde ſicut aquā coꝛ tuū ante
ↄſpectū dn̄i. Leua ad eū man⁹
tuas pro aīa paruuloꝝ tuoꝝ:
qui fame perierūt in capite om̄i
cōpitoꝝ. Res Vide dn̄e et cō-
ſidera: quē vindemiaueris ita.
Ergo ne comedēt mulieres fru-
ctū ſuū: paruulos ad mēſurā
palme: Si occidit in ſanctuari-
o dn̄i. ſacerdos ⁊ ꝓpheta: Sin
Iacuerūt in t̄ra foris puer et ſe-
nex: virgines mee ⁊ iuuenes mei
ceciderunt in gladio interfeciſti
ī die furoris tui: percuſſiſti: nec
miſert⁹ es. Thau Vocaſti quaſi
diem ſolemnē q̄ terrerent me de
circuitu: ⁊ nō fuit in die furoris
dn̄i q̄ effugeret ⁊ relinqueretur.
Quos educaui et enutriui: ini-
mic⁹ me⁹ ↄſumpſit eos. Aleph
Ego vir. vidēs pauptatem
meā: in virga indignati-
onis ei⁹. Aleph. Me minauit
et adduxit in tenebris: ⁊ nō ī lu-
cē. Aleph. Tantū in me vertit:
et conuertit manū ſuā tota die.
Beth Vetuſtā fecit pellē me-
am et carnē meā: ↄtriuit oſſa
mea. Beth Edificauit in gyro
meo: et circūdedit me felle et la-
bore. Beth. In tenebroſis col-

locauit me: q̄ſi mortuos ſempi-
ternos. Gimel Circū edificauit
adūſum me ut non egrediar:
aggrauauit compedē meum.
Gimel. Sed ⁊ clamauero ⁊ rū
rogauero: exclusit orationem
meā. Gimel. Cōclusit vias me-
as lapidib; quadris: ſemitas
meas ſubūtit Deleth Urſus in-
ſidiās factus eſt michi: leo ī ab-
ſcondito. Deleth. Semitas me-
as ſubūtit ⁊ ↄfregit me: poſuit
me deſolatā. deleth Tetēdit arcū
ſuū: et poſuit me q̄ſi ſignū ad
ſagittā. He Miſit in renibuſ
meis filias pharetre ſue. He
Fact⁹ ſum in deriſum omī po-
pulo meo: canticum eorum to-
ta die. He Repleuit me ama-
ritudinibus: inebriauit me ab-
ſinthio. Vau Et fregit ad nu-
merū dētes meos: cibauit me ci-
nere Vau Et repulſa ē aīa me-
a: oblitus ſum bonoꝝ. Vau
Et dixi periȷt finis meus ⁊ ſpes
mea a dn̄o Zay Recordare
paupꝑtatis ⁊ t̄nſgreſſionis mee:
abſinthiȷ et fellis. Zay Me-
moria memor ero: et tabeſcet ī
me aīa mea. Zay Hoc recolēs
in corde meo: ideo ſperabo. heth
Miſcdie dn̄i q̄a nō ſum⁹ ↄſūp-
ti: q̄a nō defecerūt miſerationeſ
ei⁹. Heth Novi diluculo: mł-
ta ē fides tua. Heth Pars mea
dn̄s dixit anima mea: ꝓpterea

exſpectabo eū. Theth Bonuſ
eſt dn̄s ſperātib; in eū: aīe que-
renti illū. Theth. Bonū eſt pre-
ſtulari cum ſilentio ſalutare do-
mini. Theth. Bonum eſt viro:
cū portauerit iugū ab adoleſcē-
cia ſua. Joth Sedebit ſolita-
ri⁹ et tacebit: q̄a leuauit ſe ſup
ſe. Joth Ponet in puluere oſ
ſuū: ſi forte ſit ſpes. Joth. Da-
bit percutiēti ſe maxillam: ſatura
bit̄ opprobriȷs. Caph. Quia
nō repellet in ſempiternū dn̄s. Caph
Quia ſi abiecit ⁊ miſerebit̄: ſecū-
dū mł̄titudinē miſcdiaꝝ ſuaꝝ.
Caph Non enī humiliauit ex
corde ſuo: ⁊ abiecit filios hoīm.
lamech Ut cōtereret ſub pedib;
ſuis omēs vinctos terre. lamech
Ut declinaret iudiciū viri: in cō-
ſpectu vultus altiſſimi. lamech
Ut perverteret hominē ī iudicio
ſuo: dn̄s ignorauit. Mem.
Quis eſt iſte q̄ dixit ut fieret: do-
mino nō iubente: Mem. Ex
ore altiſſimi nō egredient̄: nec
mala nec bona: Mem Quid
murmurauit homo viuēs: vir
ꝓ pccīs ſuis: Nun Scrutemur
vias nr̄as: et queram⁹ et reuer-
tamur ad dn̄m. Nun Leue-
mus corda nr̄a cū manib; ad
dn̄m in celos. Nun Nos ini-
q̄ egim⁹ et ad iracūdiā ꝓuoca-
uim⁹: idcirco tu inexorabilis es.
Sameth. Operuiſti in furore et

pcuſſiſti: occidiſti nec pepeciſti
Sameth Oppoſuiſti nubē tibi:
ne tranſeat oratio. Sameth.
Eradicationē et abiectionē po-
ſuiſti me: in medio ploꝝ. Phe
Aperuerūt ſup nos os ſuū oēs
inimici. Phe. Formido ⁊ la-
queus facta ē nobis vaticina-
tio et cōtricio. Phe. Diuiſio-
nes aquaꝝ deduxit oculus me
us: in contricione filie ppli mei.
Ayn. Oculus meꝰ afflictus
eſt nec tacuit: eo q̄ non eſſet re-
quies. Ayn. Donec reſpiceret
et videret deus de celis. Ayn.
Oculus meꝰ depredatꝰ ē aīam
meā: ī cūctis filiabꝫ vrbis mee.
Sade. Venatione ceperunt
me q̄ſi auē inimici mei gratis.
Sade. Lapſa ē ī lacū vita me-
a: et poſuerunt lapidē ſup me.
Sade. Inundauerūt aque ſu-
per caput meū: dixi periī.
Coph. Inuocaui nomen tuū
dn̄e: de lacu nouiſſimo. Coph
Vocē meā audiſti: ne auertas
aurē tuā a ſingultu meo et cla
moribꝫ. Coph. Appropinqua
ſti ī die quādo inuocaui te: dixi
ſti ne timeas. Res Iudicaſti do
mine cauſam aīe mee: redemp-
tor vite mee. Res. Vidiſti dn̄e
iniq̄tatē illorū adūſum me: iu
dica iudiciū meū. Res. Vidi
ſti omnē furorē: vniūſas cogi-
tationes eoꝝ adūſum me. Sin
Audiſti opprobrium eoꝝ dn̄e:
omēs cogitationes adūſū me.
Sin Labia inſurgētiū michi ⁊
meditationes eorū: adūſū me
tota die. Sin. Seſſionē eoꝝ
⁊ reſurrectionem vide: ego ſum
pſalmus eoꝝ. Thau. Reddes
eis vicē dn̄e: iuxta opa manu-
um ſuarū. Thau Dabis eis
ſcutū cordis: laborē tuū. Thau.
Perſequeris in furore: et cōteres
eos ſub celis dn̄e. Aleph.
Quomodo obſcuratū ē au-
rum: mutatꝰ eſt color op-
timꝰ: diſpſi ſūt lapides ſanctu-
arij in capite oīm plateaꝝ. Beth
Filij ſyon incliti ⁊ amicti auro
p̄mo: quō reputati ſunt in va-
ſa teſtea: opꝰ manuū figuli. Gimel
Sed et lamie nudauerunt mā-
mam lactauerūt catulos ſuos
Filia ppli mei crudelis: q̄ſi ſtru-
tio in deſerto. Deleth Adheſit li-
gua lactētis ad palatū eius in
ſiti: paruuli pecierunt panē: et
nō erat qui frāgeret eis. He.
Qui veſcebant voluptuoſe in-
terierūt in vijs: qui nutriebant
ī croceis amplexati ſunt ſterco-
ra. Vau. Et maior effecta eſt
iniq̄tas filie ppli mei pcco ſodo-
moꝝ: que ſubūſa eſt in momē-
to: et nō ceperūt in ea manus.
Zay Candidiores nazarei ei-
us niue: nitidiores lacte: rubi
cūdiores ebore antiquo: ſaphi-

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Enthält 319 folia, von denen Bl. 196 zum größeren Teil herausgerissen ist.
5. VII. 1916.

Nr. 1963 Ausgang: 9. X. 1958
I. Schäden: 30
II. Behandlung: 29. 07
III. Besonderheiten:

